



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



The image shows a high-contrast, black and white marbled book cover. The marbling pattern consists of dense, swirling, and branching lines, creating a complex, organic texture. In the center of the cover is a rectangular white label with a decorative, scalloped border. The text on the label is in a serif font.

Ex bibliotheca
Steph. Quatremeri.

<3660574739001

<3660574739001

Bayer. Staatsbibliothek

A. gr. C. 94^a

Gale

24.

HISTORIÆ POETICÆ

SCRIPTORES ANTIQUI.

APOLLODORUS *Atheniensis.* PTOLEMÆUS *Hephest. F.*
CONON *Grammaticus.* PARTHENIUS *Nicaensis.*
ANTONINUS LIBERALIS.

Græcè & Latiné.


Accessère breves Notæ & Indices necessarij.



PARISIIS.

Typis F. MUGUET. Prostant apud R. SCOTT,
Bibliopolam Londinensem.

MDCLXXV.



**Bayerische
Staatsbibliothek
München**



V I R O
I L L U S T R I
D. JOSEPHO
WILLIAMSON,
EQUITI AURATO,

SERENISSIMO CAROLO II.
MAG. BRIT. FRANC. ET HIB. REGI
A CONSILIIS INTERIORIBUS,
ET A SECRETIS STATUS.



Exstant in me, VIR
CLARISSIME,
promerita tua, magna
sanè & diuturna. Sponte tuâ,
nullo meo merito, descendisti etiam
ad me, eâ benevolentia, quâ Gentis
a *hujus*

Epistola Dedicatoria.

hujus & aliarum literatos homines complecteris. Nec spem, nec cogitationem quidem fovi, dignum aliquid tantis beneficiis unquam reponendi; neque enim patiebatur id aut fortunæ TUA magnitudo, aut meæ angustia. Non cesso interim justâ debitâq; prædicatione ubiq; testari tantum Tibi debere me, quantum fermè homo homini potest. fugi hæc (nullâ aliâ de causâ) gratitudinis meæ significandæ curâ adductus, Nomini Tuo hos libellos inscripsi. Malui parum modestus haberi, quàm minùs gratus. Quanquam consilio huic meo illud etiam patrocinari possit, quòd non ita pridem (quæ tua est humanitas) studiorum meorum rationem Te expectare

Epistola Dedicatoria.

pectare *diceres*. Obtempero *jussis*
tuis ; *etiam* ad existimationis
meæ periculum. Hæc tamen qua-
liacunque sunt, non prorsus, uti
spero, apud TE evilescent. Vo-
torum religioni nihil addit marmor
quantumvis pretiosum, nec detrabit
vile saxum, sed nuncupantis ani-
mus. Hunc ut velis intueri, non
quæ offeruntur, obnixè rogat,


SUMME VIR,

Amplitudini Tuæ

Devotissimus

Londini,
Decemb. Idib. Anno
MDC LXXV.

THO. GALE.



DISSERTATIO

D E

SCRIPTORIBUS MYTHOLOGICIS.

C A P. I.

*De Mythologiâ. Quæ sint ejus species; contra
Asclepiadem Myrleanum.*

OMne genuscriptionis ad certam aliquam *discipline* partem & sedem revocare oportet. Ταξι vocant Græci, & post quatuor illa *πεχνολογέμενα*, sc. *δηγεῖν*, *συγγραφεῖν*, *σκοπεῖν*, *τελεῖν* & *χρῆσιμον*, quæ in quôque libro consideranda veniunt, agunt loco ultimo de Ordine, quem in orbe disciplinarum sibi postulare debeat id, de quo instituitur sermo. Atque hæc, quanquam vulgaria sint, non omisit Ammonius in Porphyrii *Isagogen*, nec Theodolius ad Dionysium Thracem.

Jam qui de Grammaticæ partibus accuratissimè disputasse videntur, Historiarum cognitionem & explicationem ad Grammatici officium pertinere unanimiter decreverunt. Dionysius Thrax & Asclepiades apud Sextum Empiricum *adversus Mathematicos* c. XII, hanc ejus partem *ιστορικὴν* vocant.

Historia porro omnis aut vera est, aut quasi vera, aut planè falsa. Veram intelligo, quæ de iis agit, quæ aliquando in rerum naturâ extitêre; Verisimilis illa erit, in quâ versantur Dramatici & Mimi: ut falsa sit ea, quæ continet *μύθους*; ea volo, quæ nec fuerunt unquam, neq; *post aliis erunt in annis*. Suetonius in Tiberio *Mythistoriam* appellavit.

Mythistoriæ speciem unam tantum constituit Asclepiades, ὁ μυθικῆς ἐν εἰδῶ *μόνον γενεαλογικόν*. Angusta autem & iniqua mihi videtur hæc Asclepiadæ ratiocinatio; imò tota Peripateticorum Schola litem ei intendet, qui genus in unâ specie consistere posse affirmabit.

Sit igitur & alia species τὸ πλασμένον, sive Plasma. Sanè cùm scriberent Theogonias Heliodorus aut Orpheus, & cùm Apollinem *Ἀπόλλωνος καὶ Διὸς υἱόν* diceret alius è Poetis; in Genealogico charactere versati sunt. Cùm autem Simonides *Ἀυεῖον* fecit *Δαίμονα*; Homerus *Δημόν* & *Φόβον* deos; cum alius *Ζηλοτυπίαν* deam finxit, cui *invidiam* pro *vittis*, pro *zonâ* *contentionem* apposuit; omnes quidem *μυθικῶς* scribebant, non tamen *γενεαλογικῶς*. Restat igitur aliud adhuc membrum assignandum.

Porro si hoc aliud adjiciamus membrum; erit, quò commodè referamus *Allegorias*; nam & hæc sunt inter *μυθικά*: Tale est; *Apollo Admeto servitium exhibuit. Laomedonti murum edificavit*. Plura hujusmodi Sallustius de Diis, & Julianus *παράβασις* exhibent. Erit quoque ubi collocemus *διγῆματ' α μυθικῶς*, cujusmodi scripsêre Libanius & Severus Sophista. Denique habebimus caput ad quod *Metamorphôseis*, & istiusmodi scriptiones, tanquam ad fontem suum, revoce-
mus.

Genus

Genus hoc cum suis speciebus isthoc pacto subdu-
ctis, illustrare videtur voluisse divinus Plato in *Sym-
posia*. Certè quæ ibi Aristophani & Agathon attribuen-
tur, sunt planè τῷ μυθικῷ πόντῃ; quæ porrò Phædrus
de Amore disputat, sunt πανταλογία; Socrates au-
tem apertè finxit, quæ de Poro & Peniâ, ad imaginem
veri, differit.

Quamquam autem parum dignitatis habere potuit
tota hæc scribendi ratio, ut quæ omnia ferè de le-
nocinio, parum de veritate traheret; quæq; nullâ arte,
scientiâ aut fine comprehendi possit, cùm error om-
nis infinitum quid & incertum sit, & pro scriptorum
ingenio varium, & mutationi semper obnoxium;
habuit tamen cultores suos, benè multos, nec eru-
ditionis famâ incelebres. Quorum institutum si
aliud nihil, saltem numerus defendere posse videatur.

Acestorides libros quatuor edidit ἃ καὶ πάλιν μυ-
θῶν *De civitatum fabulis*. In his, veris multis non
pauciora falsa admisit; ut tamen simul calumniam
effugeret, & operis jucunditatem palam faceret, μυ-
θῶν nominavit.

Sed ad alia festinanti satis erit nuda nomina hujus-
modi aliquot Scriptorum in medium conjecisse.

Fabularem igitur historiam pro suo quisque confi-
lio pertractarunt apud Græcos præcipuè Agatharci-
des, Antiochus cognomento *Mythicus*, Apollonius
Alexandrinus, Alexon Myndius, Aristodemus, Cha-
mælion, Herodoti duo, & Herodorus, Diodotus,
Euanthes, Silenus Chius, Didymus: præter poetas Eu-
phorionem, Rhianum, Leschem, Onomacritum, Arcti-
num, Parthenium aliosque, quos index Apollodo-
ri completitur.

Portentosa Græcorum mendagia minus placuere
Latinis ingeniis. Hyginus tamen, & Marfus hanc vi-

am ingressi sunt; Cornelius quoq; Nepos paulò minus monstifica quàm Græci tradidit, & si Plinio fides; avidissimè credidit.

Sed his, ut jam dixi, prætermisiss, ad Apollodorum Atheniensem (qui Græcorum hodie extantium in hoc genere scribendi aut antiquissimus aut præcipuus est) sermonem converto.

C A P. II.

Apollodorus Atheniensis. Antiquorum aliquot de eo judicia. Recentiorum de eo scripta. Scipio Tettius. Ger. Vossius. Joannes Jonsius.

Neminem latet, qui in Græcis literis planè hospes non sit, quàm in omni Philologiæ parte Apollodorus Athenientis Grammaticus diligenter, & cum laude se exercuit. Atque hoc abundè constare possit, cum ex aliis argumentis, tum ex eo, quòd ut frequens occurrat Apollodori apud Veteres commemoratio; ita nulla ferè extet, quæ non ad ejus honorem pertineat. Plinius scribit lib. 2. Naturalis Hist. *Amphictyonus Apollodoro honorem habuisse.* Quintetiam περί πόντων Stephanus *Θυμαζιώτην*; & Marcianus in *πειρηγῆσι γνήσιον φιλόλογον* vocat. Quare quanquam interierunt omnia pænè Viri doctissimi scripta, ex quibus justam, & solidam diffusissimæ eruditionis gloriam, & famam sponte suâ esset consecuturus; qualis tamen quantusq; fuerit Apollodorus non malè possumus conjectare, ex fragmentis, & ut sic dicam, fricturis de ejus lumine haustis, quas adhuc retinent alii Scriptores; quemadmodum & Solem nobis,

bis, etiam post occasum, radii fracti, & vibrantes in aere inferiori representant.

Tantis celeberrimi viri meritis permotus Johannes Jonsius accuratè quidem multa attulit ad illustrandum Apollodori nomen in elaborato opere de *Scriptoribus Historia Philosophica*. Ante Jonsium hoc argumentum tractavit J. Gerhardus Vossius (& fortè J. Meursius in *Athenis Atticis*) ita tamen, ut Jonσιο non satisfecerit, & ulteriori diligentiae aditum potiùs aperuisse, quàm spem, aut fructum ademisse visus sit.

Utrisque his in hoc curriculo lampadem tradidit Scipio Tettius Neapolitanus. Is enim Commentarium edidit, in quo recepit se acturum de *Vitâ, & Scriptis Atheniensis Apollodori*, & illorum omnium pariter, quos cognomines huic nostro, de quo nunc agitur, in veterum Scriptis reperisset.

Dices igitur, quid est, quod tua diligentia amplius efficere possit in hac re post istos Triumviros? *invento scilicet navem edificas*; Nolo de aliis quicquam humiliùs, nec de meipso ambitiosius dicere. Licuit Vossio Tettii vestigiis insistere; nec Jonsium à scribendo deterruit Vossius. Liceat & mihi in eodem campo me exercere. Procul enim habeo & omnem invidiam, & contumeliam; nec aliena pro meis, nec mea præ alienis venditabo.

C A P. III.

Apollodori multi, Scriptores ὁμώνυμοι. Laertius tentatus. Casauboni lectio refutata. Cl. Alexandrinus illustratus.

VErissimè, ut alia, illud Aristoteles protulit, *πρὸς τὴν ἀπαρχὴν, ὁμώνυμων*. Nihilq; adeo historię, & veritatis

tatis faciem ignorabilem reddidit, ac nimia nominum Similitudo, hominûmque longè inter se dissimilium homonymiæ. Vitio huic diligenter cavit *Magnus Magister* Topicorum libro 6, ne Philosophiæ disputationibus officeret; eidemque malo in alio cognitionis genere occurrere voluit Agresphon, & Demetrius Magnes, qui *ἑστὶ ὁμωνύμων πινυτῶν, καὶ Συγγεγραμμένων De Scriptoribus*, & Poetis homonymis egregium opus edidisse cognoscitur.

Ego autem in recensendis Apollodoris variis id temperamentum servabo, ut eos omnes, qui ab hoc nostro planè diversi sint, strictim, & quali καὶ ὁμοῖα nominasse satis sim habiturus; de iis autem explicatius agam, quos pro Atheniensi Apollodoro lectoribus incautis aliquando imposuisse deprehenderim.

Primò igitur Apollodorus Adramyttenus; item Arithmeticus qui sæpè & Logisticus appellatur; Artemites; Carystius (cujus fabulæ nonnullæ Apollodoro Gelôo attribuuntur;) Cittienlis; Corcyræus; Cyzicenus; Dorieus; Erythræus; Gelôus; Lemnius; Megarenlis; Nicænus; Pergamenus rhetor; Pythagoræus; Socraticus; Tarentinus medicus; Apollodorus sculptor; Tarsensis (sive Cilix) tragicus; Telmefensis onirocrites, ab Atheniensi alius omnino est, quod nemini, puto, dubium esse possit. De his ferè omnibus agit in Bibliothecâ Gesnerus, ubi etiam quis à quoquam citetur, & quæ scripserit, distinctè docet.

Accedo ad alios, inter quos & Atheniensem nostrum non ita in promptu sit discrimen ponere.

Primus sit Apollodorus quidam Atheniensis. Scripsit is, teste Laertio, supra quadraginta libros; vide-

videtur operi suo titulum fecisse *Συναγωγὴν δόγματων*; è quibus libri de vitâ Epicuri adducuntur ab eodem Diogene Laertio. Idem opus videtur mihi intelligi, cùm Apollodorum idem citet in τὰ αἰς τὰ δόγματα συναγωγῶν. Quanquam enim Ἐφίλλω à Laertio, libro 7, cognominetur; eundem tamen esse post Jonium, putat Menagius cum eo Apollodoro, de quo jam sumus locuti. Huic porro tribuitur *συναγωγὴ ἡθικὴ & φυσικὴ*. Nequeo autem Gesnero assentiri, qui existimat has *Synagogas* ad Apollodorum Atheniensem Grammaticum pertinere; Quoniam ad distinctionem innuendam Laertius perpetuò Apollodorum istum aut Epicuræum vocat, aut *Κηπολύεσσον*, aut denique Ephillum, vel ut alii legunt, Syllum. Fateor interim ætatem utriusque ita coincidere, ut nihil ausim in hac re definire. Quinimo *nostrum* inter Philosophos numerari infra observabimus.

Laertius Apollodorum adfert ἐν τῇ περὶ τῶν φιλοσόφων αἰρίσεων; ea autem quæ laudantur, omninò sunt τῇ ἡθικῇ γένει; ut meritò suspicetur aliquis idem adhuc opus innui cum *Συναγωγῇ ἡθικῇ*. Porro idem Laertius Ἀντόδωρον ὁμιλέον citat, aitque Heraclidæ Ethicis contradixisse. Jam vero cùm Antodorus ille (Neque enim intelligendus videtur Antodorus Cumæus Grammaticus, cujus meminit Theodosius ad Dionysium Thracem, & fortè Cl. Alexandrinus) nulli inveniatur, non est alienum à probabilitate Apollodorum in corrupto vocabulo latere.

Secundus Apollodorus sit Atheniensis, sed poeta Comicus; ejus fabulæ fuere XLVI vel XLVII. Diversus hic esse creditur ab Apollodoro Gelœo qui Menandro Synchronus fuit, & à quo Terentius duas fabulas transtulit. De his Apollodoris Ric. Montacutius ad Photii Epistolam 156, sic scripsit, *Scipio Tettius*
in

in commentario de Apollodori negligenter satis hic se gessit.

Est & alius adhuc Apollodorus Athenientis. Hunc tamen ab eo quem quærimus, facile internoscas, quod ab Eustathio in K. ιλ. p. 723. ed. Frobenianæ, apertè *εὐαγέας* & dicitur. Hic Ulyssis capiti pileum primus pictorum circumposuisse traditur; ejus meminit Plinius Historiæ Natur. l. 35. c. 9. Est quoque & in Plutarcho hujus mentio, & apud Hephæstionem in Enchiridio, & Eustathium in ιλ. p. 984.

Subtilioris erit acuminis alios adhuc quos producam Apollodoros ab Athenienti illo discriminare; quoniam aut obscura aut nulla secum adferunt *γνώρισμα*τα.

1. *A Polluce*, inquit Gesnerus, *adducitur Apollodorus ἐν τῷ ποίματι*, qui fortè erit *navium catalogus*. Laudatur quidem Apollodorus noster ἐν τῷ περὶ νεῶν, & ἐν νεῶν κατὰ λόγον, hoc est, in opere eo, quod de catalogo Homérico fecit, libris duodecim; sed opus illud nullo modo dici potuit *ποίησις*, vel *ποίημα*, quod infra demonstrabo.

2. Ἡ τῷ νεῶ *ποίησις* ita fuisse Apollodori dicitur à Polluce, ut & Philonis cujusdam ab aliis existimatam innuat. De libris Apollodori in catalogum navium Græcarum, sive Boeotiam, nemo unquam dubitavit.

3. Apollodorus ὁ τὴν τῷ νεῶ *ποίησιν* *ζωοτεχνικῶς*, potest esse Apollodorus Mechanicus. Philonem & Apollodorum de iisdem rebus scripsisse significat Pollux. *De Ædium sacrarum Symmetriis* Philonem laudat Vitruvius in præfatione ad librum septimum. At enim Apollodori τῷ νεῶ *ποίησις*, non erat fictio poetica; sed tale opus, quale egregius Mathematicus & ingeniosissimus Architectus *Christophorus Wren* Londini nunc molitur, qui Templum D. Paulo ejusmodi ædificat, quod omnia omnium poetarum opera, artificio, & elegantia longè superabit.

4. Alius

4. Alius in hoc censuerit Apollodorus ille, cujus ὄνομα Ἰσχυροῦς Ἀπολλόδορος ἀντιστοίχῃν commemorat Athenæus lib. 14. c. 9. Scripserat Aristocles περὶ Μυθικῆς & περὶ χορῶν; in his disputabat de nominibus mulicorum instrumentorum, uti colligere licet ex variis Athenæi locis; conjicit Jonsius Aristoclem hunc vixisse circa eadem tempora, in quibus Apollodorus Grammaticus; & proinde qui ad Epistolam hanc Aristoclis respondit, videtur ei esse idem Apollodorus.

5. Distingui debet Apollodorus Cyrenæus Grammaticus ab Atheniensi nostro; scripsit sanè uterque *de poculis*, ut nō obscure innuit Athenæus libro XI, C. 12, ubi de Cyrenæo verba facit, & libro eodem, c. 13. & 14, ubi Atheniensem citat de poculis ἰσοῦντα. Illud autem scriptores hos ab invicem distinguere possit, quòd Cyrenæus de poculis egit tanquam glossographus, & proinde cum Pamphilo eum conjungit Athenæus, Suidas cum aliis γλωσσογράφους in voce Ἀντικρὺς & βελύων, ut & Etymologus magnus; Apollodorus autem noster poculorum *historias* collegisse videri meritò potest.

Idem Apollodori non sunt confundendi, licet περὶ θεῶν scripserit uterque fortè reperiatur. Sanè Natalis de Comitibus libro 3. c. XVI. sic scribit, *Theagenes & Apollodorus Cyreniacus in libro de Diis scriptum reliquit, Jovem ad placandam Proserpinam, Ipsi Siciliam donasse.* Idem c. 17, *Ære veteres utebantur in omnibus expiationibus, quod scriptum fuit ab Apollodoro Cyreniaco in libro de Diis.* Alia producit de Britomarti, c. 18. de Rheæ quercu l. 9. c. 5. Equidem fateor ignotum esse mihi hunc Apollodorum Cyrenæum, credo & aliis. J. Ger. Vossius libro 5 de Idol. citat Apollodori Bibliothecæ lib.

lib.3. de quercu Rheæ sacrâ; quæ autem adducit, eadem sunt cum iis quæ Natalis l.9. c.5. Adhuc, locus ille de ære quem laudat Natalis lib.3. c. 17, ad verbum occurrit in Scholiis græcis ad Theocriti *ιδ. β.* ibi tamen Apollodorus *περὶ θῶν*, sine adjecto Cyreniaci habetur. Quod autem ibidem statim sequitur, *ἐν τῇ 'Απολλόδωρος 'Αθήνῃσι τὴν ἐργασίαν τὴν κέρως, &c.* Apollodorum Atheniensem tantum non sonat. Ut igitur rem in pauca mittam, Apollodorum Natalis & Scholiastæ alium non esse pronuncio, quàm Apollodorum Atheniensem; Hunc autem à Natali visum fuisse nequeo à me impetrare ut credam.

6. Apollas de civitatibus Peloponnesi commemoratur Athenæo, lib. IX. Hunc cum Apollodoro eundem judicet quis, factâ diminutione, quæ frequens est in hujusmodi vocabulis, ut in *Ζῶας*, *'Αρπυιάς*: Quin imo & Cyrenæum, hunc quoque dictum existimat D. Ger. Vossius, ex epitome Artemidori Ephesii. Quare idem quoque non nemini videbitur cum Apollodoro Cyrenæo. Hunc igitur pro nostro minimè admittendum censéo.

7. Apollodorus ὁ γράψας πρὸ ὕμνου profertur Erotiano in explicatione vocis *τὴν θρον*. Idem ne sit cum Apollodoro Logistico (nam & is versus fecit, ut ex Laertio & Plutarcho, p. 1094. discimus) videntum; certè cum Atheniensi, nulla hæcenus oboritur suspicio, cur eundem existimemus.

8. Addo his Apollodorum Mechanicum. Floruit sub Hadriano; cujas fuerit nondum mihi constat; Pollux eum appellat l. XI. c. li. ejus extare Mechanica & Poliorcetica Romæ, affirmat Gesnerus; in Galliis Labbæus: cum aliis Strategie-

tegeticis Salmasius se editurum receperat ; quod, puto, non præstitit. Hoc in scriptionis genere quoniam nusquam laudatur Atheniensis Apollodorus minimè dubito, quin hi pro diversis sumi debeant.

Sunt & alii Apollodori, quos faciliùs est distinguere à nostro, quàm qui sint, determinare.

1. Horum primus sit Apollodorus Cumæus. De eo prodidit Cl. Alex. Strom. I. : quòd *πρῶτος τῶ κελεῖν ἐστὶν ἡσίοιο τῆνομα*. Hujus Scripta *nusquam* commemorantur, adeoque nihil habet cum nostro commune, excepto quod uterque *ἐμπειρικὸς* Grammaticus fuit cognominatus.

2. Sit secundus Apollodorus ille, ad quem Lyncei Samii Epistola data fuit, cujus meminit Athenæus. Fuit Lynceus Theophrasti discipulus ; longo intervallo ab Apollodoro nostro disjunctus.

3. Eodem discrimine sejungimus Apollodorum, ut credibile est, Atheniensem, Archilai patrem à Grammatico Apollodoro. Fuit enim Archilaus Socratis magister, atque ita Apollodorus Socrate est prior. Horum igitur tempora non conveniunt. De hoc Apollodoro legere est apud Diogenem Laertium & Justinum Martyrem.

4. Apollodorum *πεὶ Θηέων* laudat Athenæus XV. c. 8. Causabonus dubitat an rectè legatur *πεὶ Θηέων*, mallétque, *περὶ δεικῶν* ; alius potius, *μύλων* substitueret ; loquitur enim Apollodorus non de animalibus, sed de plantis, apud Deipnosophistam. Sed nihil mutandum censeo, quoniam Plinius l. XI. Nat. Hist. quædam se desumpsisse agnoscit ex *Apollodoro de bestiis venenatis* ; meminit hujus Apollodori Scholiastes Nicandri semel atque iterum.

5. Apol-

5. Apollodorus quintus est ille qui Athenæo l. XV. c.8, producitur *περὶ μύθων καὶ τεράτων*. Quin hic idem sit cum eo, quem Plinius ait scripsisse de Odoribus, vix dubito.

6. Apollodorus Corcyraeus memoratur Cl. Alexandrino Strom. 5. ubi narrat quid de Branchi vatis Iustrali *carmine* (non autem Empedoclis, ut scripsit Jonsius) Apollodorus ille prodidit. De hoc alibi me legere non memini; cur autem cum Atheniensi aliquis hunc eundem esse velit, nihil est, opinor, quod vereamur.

Quoniam autem incidit mentio *carminis* istius apud Cl. Alexandrinum valdè ænigmatici, in quo explicando multi olim sudarunt viri docti, proferam hîc in medium, quæ Porphyrius ad id commentatus est, nondum, quod sciam, à quoquam producta.

Πορφυρίῳ φιλοσόφῳ περὶ τοῦ Κναξ. ζβλ. χθὺπης· φλεγμαῶ.
δρόψ. ἐρμηνεία. — — — — —.

Hæc est libri veteris & amicissimi E. Bernardi Oxoniensis scriptura. Apud Clementem Alex. paulò aliter; Κναξζέσι, χθὺπης, φλεγμαῶς, Δρώψ; & quidem rectiùs; nam voces istæ sunt *πυχνικαί*, & continere debent elementa linguæ Græcæ omnia, prout Clementis locus ea exhibet. Sed Porphyrium audiamus. *Εν δέλεοις, εἰς τὸν ναὸν ἐπηγέγραπται. Τεράγος ἰχθύος ἐπὶ δελφίνος ἐπηκείμενος. Κναξ μὲν γάρ ἐστιν ὁ τεράγος καὶ ἀποκοπὴν τῶν σοιχίων τῷ Κῶς· ἢ καὶ πάλιν ἀφαιρέσις τοῦ ξ. Κνακδὲν γὰρ καλεῖται· ὡς καὶ Θειόκριτος ἐν Βυκάλοις λέγει, εἶναι τεράγος καὶ ἰχθύος, ὁ μὲν φλεγόμενος· ὁ δὲ δρόν ὀψόν· λέγει δὲ ἐπὶ ὁ τεράγος φλεγομένης
ἔστιν

ἔστι πάντοτε ὑπὸ λαγνείᾳ, ὅτι ἐὰν τις τὰς βίβλας ἀπὸ ἀπο-
φαλίζῃ, διὰ τῶν κατὰ τὴν ἀναγωγὴν. Multa in his sunt, sive
Scribæ antiqui incuriâ, sive rei ipsius obscuritate, δυσνό-
ηται. Imo ipse Philosophus, quasi nec sibi nec aliis satis-
fecisse se crederet, aliam statim subnectit interpretatio-
nem, & ipsam quoque mancā. Τὸ Κράξ ζβι,
γάλα ἐστὶ. τὸ δὲ χθὺ πῖς, πυρὸς. δρδϝ ὁ ἀνδρωποῖς δρῶπις
ῥὸ ἀνδρωποῖς λέγονται. Hæc eadem ferè apud Hesychium
habes in ζαβιχ, δρδϝ & Κρακὸν; ubi πυρρὸς pro πυρὸς
non esse substituendum constat ex eodem Hesychio in
Κρηκὸν & Κρηκός.

Apud Clementem Alex. aliud eodem loco adduci-
tur carmen, huic planè simile. Βεδὺ, Ζαϝ, χθὺν,
Παῖκλον, Σφίγγξ: in quo etiam Alphabetum Græcum
comprehenditur. Nec multum discrepat Porphyriana
hujus carminis explicatio à Clementinâ. Sic enim per-
git Porphyrius; καὶ ἔτι περὶ τῶν παλαιῶν τοιαῦτα διὰ τῶν Κδ σοι-
χίων ἀπαρτίζονται ἴδιον σκοπὸν ἔχοντες, οἷον, Βέδω [βέδω]
ζαϝ, χθὺ [χθὺν] παῖκλον, Σφίγγξ [Σφίγγξ] ἃ ἔστι
ἔπος. βέδω ἐστὶν ἡ ὕψις ἡ ἑστία. ζαϝ ἡ πυρῶδης ἑστία. χθὺν
ἡ γῆ. Παῖκλον ὁ αἶψ. σφίγγξ ἡ τέτων φιλία, διὰ τὸ
συμφορῆν χθαί. Κλέδωος δὲ ὁ Νεαπολίτης ἔπος ἡμῶν δόν τὸ
συνκείμενον. αἶψ, δάλασσα, γῆ, ἥλιος. καὶ ἔτι περὶ πῆρες φι-
λόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔχοντες τὸν σκοπὸν [τέρπον] ἡμῶν δόν.

Quamquam autem ex his dictionibus pleræque ali-
quam significationem in Græcâ linguâ obtinuerint;
inventas tamen existimo à Grammaticis ad puerorum
memoriam & pronunciationem confirmandam; quod
ipsum Cl. Alexandrinus innuit, ubi vocat σοιχαίτικὴν
τῶν παιδῶν διδασκαλίαν. Monet quoque Quintilianus
alicubi de hujusmodi auxiliis.

Sed ad obscuritatem de Apollodoris ulterius tollen-
dam, illud ampliùs monendum censeo, non tantum ali-
os Apollodoros pro hoc Nostro venire, sed etiam pro

b

Apol-

Apollodoro Apollonium, & vicissim, frequenti errore permutari. Stephanus adducit Apollodorum *ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐν γῆνι, & ἐν Κελεοῖς*. Quibus in locis Apollonium Aphrodisiensem substituo. Idem in *Χαλκηδόνιον* ex Apollodoro fecit Apollonium : Quo pacto Erotianus Apollonium Cittiensē pro Apollodoro laudat. Porro apud Scholiastem Apollonii Rhodii legitur Apollodorus in Ponticis: Sed & hæc quoque Apollonio attribuerim. D. Vossius Lib. 1. de Historicis Græcis Apollonium Logisticum commemorat : Is tamen Laertio Apollodorus dicitur. Nolo tamen his annumerari Apollonium, quem Scholiastes Homeri ad Iliad. θ, producit in *κατάλογον*. Nam certum est designari Apollonium Rhodium in catalogo Herōum; quemadmodum patebit inspicienti Pindari Interpretem ad Nemeorum Oden quintam, ubi Apollonii versus ex libro primo eadem de re proferuntur, de quâ loquitur Homericus Scholiastes.

His ita utcunque absolutis, rectâ deveniamus ad eum Apollodorum, quem jamdudum mente agitamus, cujus opusculum nunc edimus, & cujus gratiâ hoc, quicquid est subitanæ scriptionis, aggressi sumus.

Pauca sunt & obscura, quæ de eo Suidas in suis collectaneis; *Ἀπολλόδωρος Ἀσκληπιάδης γεωμαθητής. εἷς τῶν Παναίων τῶ Ροδίου φιλοσόφου, καὶ Ἀριστάρχου τῷ γεωμαθητικῷ μαθητῶν Ἀδίωνος τὸ γένος. ἦρξε δ' αὖτὸς τῶν καλυμένων τραγιάμβων.. Apollodorus Asclepiade F. Grammaticus; unus discipulorum Panetii Rhodii Philosophi, & Aristarchi Grammatici. Genere Atheniensis. Primus Tragiamborum inventor extitit.*

Quin

Quin fuit domo Atheniensis Apollodorus hic, dubitavit nemo; præter unanimum omnium Scriptorum consensum (qui quoties illum ad partes vocant, Ἀπολλόδορον appellant) eum omninò gentis istius fuisse illud argumento esse possit, quòd in dubiis Chronologiæ rationibus, & speciatim in controversis Antiquitatum Atticarum locis, Scriptorum Atticorum sectam perpetuò sequatur.

Primum Atticæ Regem Chronologi aliarum gentium affirmant fuisse Ogygem; Hoc Philochorus in *Atthide* pro figmento habuit, ut ex Eusebio colligimus: Philochorum Apollodorus sequitur libro 3 Biblioth. c. 13. Argivi Historici de Cereris adventu ad se quid senserint, docet Pausanias libro 1; docet idem quòd de ea re diversa ab aliis scripserint c. Ἀθλωαῖος καὶ ὅσοι μετὰ τούτοις: cum his eadem prorsus tradidit Apollodorus Biblioth. libro 1. cap. 5. Inter scriptores rerum Atticarum non ultimæ notæ fuit Pherecydes Leirius, (qui & Atheniensis dictus fuit, quia apud eos viveret;) Hujus Pherecydæ sententiam ubique ferè amplectitur Apollodorus. Plures hujusmodi Συμπερίωσις possint addi, sed rem manifestam nimia sollicitudine in dubium non vocabo.

Illud potiùs videtur ventilandum, utrum Ἀσκληπιάδης apud Suidam, vertendum sit, *Asclepiade filius*, quemadmodum vertit Portus, D. Vossius in Histor. Græcis, & Gesnerus, an rectiùs, *Asclepiade discipulus*? Frequens est ellipsis nominativi, ita ut subintelligatur aliquando *pater*, *mater*, *uxor*, *amicus*, aliquando *discipulus*. Sic Παρθένιος ὁ τοῦ Διονυσίου apud Athenæum, est Dionysii *discipulus*, non *filius*: constat utique ex Suidâ aliisque, Dionysium Alexandrinum fuisse Parthenii præceptorem. Quid multis? Stephano περὶ πύλων dicitur Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδης Alexander

der (*Cornelius Polyhistor*) *Asclepiadæ discipulus* in v. Κόλυβον ; sin minus, Apollodorus noster erit Alexandri frater, quod, si verum fuisset, non tacuissent, opinor, qui de utroque scripserunt ; imò 'Αρυσίδης ὁ Πλάτωνος, duos patres habiturus est. Hac ratione tot fuerint *Asclepiadæ filii*, quot erant discipuli. Denique, Polyhistor fuit Milesius, Apollodorus verò Athenienfis, *Asclepiades* autem Myrleanus ; quis credat filios gente tam diversos unius fuisse patris, qui & ipse aliunde esset ?

Asclepiades interim ille Myrleanus sit, oportet, Diotimi filius, qui floruit sub regibus Pergamenis Attalo I, & Eumene ; Circa hæc tempora floruit Panætius ; clarus fuit & Aristarchus, quos auditos ab Apollodoro testes sunt Suidas & Marcianus Heracliota. Quare cùm nullus *Asclepiades*, præter Myrleanum illum, his temporibus vixerit (fuit quidem alius, sed junior, Romæ non ignotus Pompeio,) sit is, necesse est, quem Apollodorus præceptorem habuit, quémque ipse apud Etymologum in 'Ασκληδὼν laudare videtur.

Aristarcho & *Asclepiadæ* debuit Apollodorus quicquid in Grammaticâ potuit. Non inferiores secutus est in Philosophiâ magistros, Panætium & Diogenem sectæ Stoicæ principes. De Panætio audivimus Suidam. Diogenem ei præficit Marcianus in *Periegesi*,

Τῶν Ἀθηκῶν πρὸς γρησίων τε φιλολόγων,

Γεγονώς ἀκροῦς Διογένης τῷ Στωικῷ.

Ex Atticis quoque inclytis scriptoribus,

Diogenis auditor docentis in Stoâ, &c.

Auditorem hunc fuisse Apollodorum volo mihi tantisper credi, donec ad eum locum venero, ubi de *Opere Chronico* Apollodori disputabo ; ibi huic rei probandæ locus

locus erit opportunior. Diogenem autem hunc Babylonium vulgò cognominant; is est qui pro populo Atheniensi nobilem Romæ legationem obibat cum Carneade & Critolao, Olymp. CLVI, 2. P. Scipione & M. Marcello Coss. Anno V. C. DXCVIII.

Credi possit Apollodorus sectam Stoicorum fuisse amplexus. Sanè Jonsius libro II, c. XV. de script. Hist. Philos. de eo hæc reliquit, *Apollodorus Panætii Rhodii Stoici discipulus; Stoicus fortassis & ipse sed hæc sententia dubio non caret.* Idem tamen cap. XVIII, inter Stoicos recenset. Vereor ut hæc idoneis auctoribus probari queant. Enimverò Apollodorus cognomine Ephillus patria fuit Atheniensis, fuit quoque sectâ Stoicus; quod colligi videtur ex Suidâ in *Θέωρ.* Considerandum igitur, uter ex his meliori jure Stoicus dici debeat.

Felix erat, & magnorum virorum, si quod aliud, fecundissimum illud seculum, in quo vixit Apollodorus. Habuit enim Apollodorus æquales & *αυγέστους*, florentissimos in omni eruditionis genere homines, Posidonium & Mnesarchum *Stoicos*, Polemonem, & Lælium *Sapientissimum*, discipulos sub Panætio. Cognovisse potuit Mnasæam *Patarensem*, Demetrium *Scepsum*, Aristodemum *seniorem*, Menecratem, & Apollonium, omnes *Nysæos*; iisdem temporibus celebres erant Herodicus *Cratetis discipulus*, Clitomachus *Carneadis*, Aristocles *Musicus*, Dionysius *Thrax* (cujus Grammatica non edita in Bibliothecâ Regis nostri Clementissimi, & Oxoniensi Bodleianâ servatur) Alexander *Polyistor*, Artemidorus *Ephesus*, Apollonius *Tyrius*, Castor *Chronographus*, Didymus *Chalcenterus*, Lyfimachus *Attali præceptor*, Lycon *Troadensis*, Attalo in primis amicorum, & præter innumerabiles alios, potuit vidisse Nicandrum *Colophonium*, Cresibium *Mechanicum*, Apellicontem *Tei-*

um, Æschinem *Neapolitanum*, Melanthium *Rhodium* Philonem & Charimidem *Academicos*; quos omnes secunda apud veteres fama prosequitur.

Ex his igitur possit colligi ætas Apollodori. Nam si Aristarchum & Panætium vidit, sequitur eum floruisse, quo tempore Ægypti regnum obtinebat Ptolemæus cognomine Physco sive Euergetes secundus; in cuius tempora incidit Attalus Philadelphus Pergami Rex. Fuit igitur Olympiade CLX, & deinceps, nam sub Lathuro quoque eum collocant Vossius & Jonsius. Atque ista firmè sunt quæ de patriâ & ætate Apollodori impresentiarum exploratè & liquidè affirmare possum. Pauca in hanc partem alia subijciam, quo loco de Chronicis Apollodori sermo instituetur. Venio ad scripta,

CAP.

CAP. IV.

*Apollodori scripta historica. De iis Heraclide
judicium. Temporis triplex discrimen, se-
cundum Varronem, ἄδελον, μυθικόν, ιστορικόν.
Tria hæc, suis quodque scriptis, illustravit
Apollodorus. Ejusdem XXIV libri περί ποιῶν,
quale habuerint argumentum. Sopatri Eclogæ
ex iisdem. Fragmenta. Vera Inscriptio.
Male cum Bibliothecâ confundi. De diis
quinam scripsere.*

Video Apollodorum in scribendo varium fuisse, &
valdè diffusum; nullam non, pænè, partem hu-
maniorum literarum illustrasse comperio. Cum autem
nullis indiciis constet, quo primùm in campo eruditio-
nis se ostenderit; de ejus scriptis agam ita, ut quodque
se obtulerit.

Heraclides Ponticus (modo is auctor sit Allegori-
arum Homericarum) Apollodorum περί πᾶσαν ιστορίαν
ἱστορίαν vocat. Est autem Historia testis temporum.
Tempus porrò aliud ἄδελον, aliud μυθικόν, aliud deniq;
ιστορικόν dici possit; tria hæc temporum discrimina suis
lucubrationibus complecti voluisse videtur Apollodo-
rus. De iis igitur non abs re fuerit Varronem audire
differentem.

Cenforinus libro de die natali, cap. 2 1, ex eo sic scribit. *Hic, inquit, tria discrimina temporum esse tradit: primum, ab hominum principio ad cataclysmum priorem; quod propter ignorantiam vocatur ἀδύλον. Secundum, à cataclysmo priore ad Olympiadem primam; quod, quia in eo multa fabulosa referuntur, μυθικὸν nominatur: tertium, à primâ Olympiade ad nos; quod dicitur ἱστορικόν, quia res in eo gestæ veris historiis continentur. Primum tempus, sive habuit initium, sive semper fuit, certè quot annorum sit, non potest comprehendere. Secundum non planè quidem scitur, sed tamen ad mille circiter & sexcentos annos esse creditur. De tertio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores dissensio, in sex septemve tantummodo annis versata.*

Primo illi intervallo illustrando Apollodorus attribuebat libros περὶ θεῶν; opus, haud dubiè, multiplici antiquitatis & historiarum varietate plenissimum. De Diis apud veteres duplex erat sermo & sententia, Philosophorum unus, vulgi alius. Quòd Deus naturâ esset ingenuus & incorruptibilis, illi ferè existimabant. (Nisi quæ Plato videatur, ad aliam sententiam descivisse, ubi scribit, *μυθῶναί τε θεοὶ καὶ τὸ αἰῶνι θεῶ.*) Vulgus omnes Deos *μνηστῶν*, nec ullos Jove aut, fortè, Saturno priores credebat; unūquē hoc in Sallustio desiderabat, quòd non sentiret *περὶ θεῶν τὰ ἀντὶ πάντων πολλοῖς.*

Cæterùm quousque priorem sermonem de Diis in hoc opere suo excoluerit, quàmque altè penetrârit in scrutandâ & pervestigandâ primâ causâ Apollodorus, tam est mihi incertum, quàm certissimum habeo, in posteriori sermone longè latèque eum fuisse spatiatum. Certè ex reliquiis librorum de Diis facile est observatu, quòd ejus disputatio complexa sit Deorum *μυθῶναί τε*, & quid de eis tradiderint tum Græci, tum Barbari; Atque hîc differebat de ætatibus deorum; quis seni-

senior, quis recentior. Item quis pro Deo sine controversia admittebatur, & de quo non conveniret, putà de Hercule & Baccho. Porro hujus loci erat dicere de potestatibus deorum; etiam quot quisque in se contineret; aiebant enim ut Solem & Apollinem eundem esse, sic Lunam, Dianam, Hecaten. Nec omisit Apollodorus imperia exponere, sive in Coelis, in terris, in aquis versarentur; nec tacuit opera, inventa, beneficia erga humanum genus, ἑπιδείκναι (nam Apollo Delios & Milesios, Diana Argivos invisere credebatur,) Festa, & cognomina, Tempia, Sacra, Loca, Animalia, Arbores, Plantas, Herbas, Fontes, Fluvios, Hymnos, Sacerdotes, Oracula, Dies, & quicquid erat hujus ὕλης explicuisse debuit. Fuit autem genus hoc commentandi historicum, quatenus Grammatici historiam attingunt; Quamquam ad Theologiam referri quoque possit, quatenus de Diis agebat; licet id ipsum tectit aliter, ac Philosophi, qui scripsere περὶ θεῶν.

Hos libros perdidit aut sua moles, aut Sopatri Epitome; Eclogas ex his fecerat Sopater, libris duodecim, inquit Photius Cod. CLXI. Horum primus περὶ τοῦ πρώτου Ἑλληνικοῦ μυθολογικῶν θεῶν διαλαμβάνει: ὁ σωμένος ἐκ τοῦ Ἀπολλοδώρου τοῦ θεῶν γ' λόγου. Ἀθλῶν αὖτε ὁ Ἀπολλοδώρου, καὶ γραμματικὸς τὸ τέχνημα ἐκ ἐκ τῆς ῥίτης τῆς μόνον ἢ διαλογῆς αὐτῶν πεποιμένη, ἀλλὰ διὰ καὶ ἐκ Δ' καὶ Ε', καὶ Σ', οὗτοι Α' πάλιν, καὶ Ιβ', καὶ Ιε' τε καὶ Ις', μίχεται τῇ Κδ'. ἐν τῇ συλλογῇ τὰ τε μυθικῶς περὶ θεῶν διαπεπλεγμένα, καὶ ἐν τῇ Κδ' ἱστορικῶς περιειληφέναι. περὶ τῶν πρώτων ἀνθρώπων καὶ διοσκούρων. καὶ περὶ τῶν ἐν ᾧ καὶ ὅσα περὶ τῆς φύσεως.

Horum

Horum I de Græcorum Diis fabulosis tractat. Electa hæc ex Apollodori libro tertio de Diis, qui patria Atheniensis Grammaticam docuit. Nec verò è tertio duntaxat libro hæc selegit. Sed & è quarto, quinto, ac nono; Item è primò, duodecimo, decimo quinto, & decimo sexto, usque ad quartum & vicessimum. Quibus collectaneis, quæ de diis fabulose ficta sunt, quæque historicè narrantur, complectitur universa, ut & de Heroibus ac Dioscuris; de iis item quæ apud inferos sunt, aliaque id genus plurima.

Præter Photium alii quoque scriptores passim utuntur testimoniis ex hoc Apollodori opere petitis. Stephani Fragmentum librum L adducit in Δωδώνη.

Ἀπολλόδωρος ἐν ἀ' περὶ θεῶν· τὴν Δωδωναίων ἔτυς ἐτυμολογῇ. Κιθάρις δὲ τὴ Δία Δωδωναίων μὴ καλῶντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ. Πελασγικὴ δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστὶ. Apollodorus l. i. de Diis, vocis Δωδωναίων hanc Etymologiam ponit. Jovem aliqui Dodoneum vocant, quoniam bona nobis donat; Pelasgicum verò quoniam terra vicinus est.

Ex II libro de Diis Stobæus libro i. Eclogæ Phycæ hæc habet, Ἀπολλόδωρος ἐν δ' ὅττις περὶ θεῶν, Πυθαγορείαν τὴ περὶ τύπων αὐτῶν τὴ ῥωζήρεον τὴ ἐπικρίαν δίδωκεν. Apollodorus altero de Diis libro Pythagoram ait primum opinatum esse, eundem esse Luciferum, & Hesperum. Erotianus in v. χάρις, ejusdem II libri adhibet hunc locum, Ἀπολλόδωρος ἐν β' περὶ θεῶν, φησὶν αὐτὰς κληθῆναι ἀπὸ μὲν τῆς χάριτος, χάριτας· ἢ γὰρ πολλὰς εἰ ποιεῖν τὴ χάριν χάριν καλεῖται. Apollodorus in 2 de Diis dicit charitatem à χάρις derivari, & Poetas sæpe χάριν ponere pro χάριν.

Librum

Librum VI citat Harpocration in ἀπορομπαίς. Ἀπορομπαῖοι πῶς ἐκαλεῖτο θεοί, περὶ ὧν Ἀπολλόδορος ἐν ἑλφ. περὶ θεῶν διέλεκται. *Dii quidam appellantur ἀπορομπαῖοι, de quibus Apollodorus agit in VI libro περὶ θεῶν.* Stephanus Ethniconographus in Ἀρεῖ παύ. IX advocat, Ἀρεῖ παύ., ἀρεῖ ἥμιον Ἀθήνησιν, ὡς Ἀπολλόδορος ἐν ἐννάτῳ περὶ θεῶν. *Areus Pagus est locus editus Athenis, quemadmodum docet Apollodorus libro IX de Diis.*

Macrobius XIV appellat, Saturn. l. i. c. 17. ubi ait Apollodorum affirmare Ἰήιον Solem dici ἀπὸ τοῦ καὶ κρόμον ἰεῶς, καὶ ἰέναι. *Quod Sol per orbem impetu fertur.*

Laudatur Stephano liber XVI in v. Ἀρεῖ. Inde quædam de Cerere nobis narravit. Sed locus corruptus est.

Profertur XVII Sophoclis Scholiastæ ad Oedip. Colon. οἱ τῷ Ἡφ. Ἡσυχιδῶν γένος καὶ ἱεῶς. *De familiâ Hesychidarum, & Sacerdote.*

Stobæus denique in Ecl. Physicis, libro I, p. 129, locum benè longum ex XX οἱ θεῶν Apollodori conservavit. Cæterum cùm in eo libro egerat Apollodorus οἱ τῷ ἐν ἑλφ., ut quidem Stobæus inquit, ut autem Photius, de istis tractârat in libro XXIV; suspicor peccatum esse in numero, aut apud hunc aut apud illum.

Jam ut de filo & ratione totius operis περὶ θεῶν plenius constare possit, libet eundem Apollodori locum (quem nec Porphyrium, nec Stobæum exscribere piguit) hîc ob oculos ponere,

Τὴ δὴ Ἀπολλοδώρου ἐν τῷ εἰκοστῷ περὶ τῶν θεῶν συγ-
γραμμάτων, ὅ ἐστι περὶ τοῦ ἄδου, τάδε περὶ τῆς συζυγῆς λεγό-
μεθα συνημνῶς. Ἀρκήιον γὰρ ἀπὸ τέτων, τὸ δὲ ἐκ τῆς ὀνομα-
των παρεκδόσεως ἐκ παραφρονησίου. ἐκ γὰρ τοιούτων ὁμῶς μὲν
πιδανῶν, καὶ τῆς ἐν ἄδου νομιζομένης ποταμῆς καλενομαίε-
σιν. Ἀχέροντα μὲν διὰ τὰ ἄχρη, ὡς καὶ Μελασιππίδης
ἐν Περσέφονη. Καλεῖται δὲ ἐν κόλποις γαίης ἀχέουσα
περχίων Ἀχέρον.

— Ἐπὶ καὶ Λικύμνιος φησὶ,

Μυρίασι παγαῖς δακρύων ἀχέων τε βρύει. καὶ πάλιν,
Ἀχέρων ἄχρα πορθημένη βροτοῖσι.

Ἀχέρων δὲ καὶ Ἀχρευσία λίμνη ταυτὴν, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν
Πολυξίνῃ τῇ Ἀχιλλείας ψυχὴν εἰσάγει λέγουσιν.

Ὡς τὰς Αἰῶνας τε καὶ μελαμβαρθεῖς,
Λιπῶσα λίμνης Ἀχέροντι οὐδ' ἐυπλήγας,
Ἦχουσα γούης ἦλδον ἄρσιναι χράς.

Τὰς τῶν νεκρῶν λέγων, παῖνα ἐκ ἐχέου· ἄρσιναι δὲ, πᾶς
ἡδὲν ἐκτεφεύουσα, θήλεα μὲν γὰρ τὰ καρποφόρα ἄρσιναι, τὰ
ἄρσιναι λέγονται, τὸ μὲν, τὸ σπέρμα παρέχον μόνον. Τὴν δὲ, καὶ
ἐκτεφεύει· ὅθεν καὶ θήλυς ἔστι, ἡ πολύρρητος, καὶ ἐρρίμη.
Διαπραιῶν δὲ ὑπὸ τῶν ἀπομνημόνων τῇ Ἀχέροντι φαίνεται
εἰκότως· ὁ γὰρ μυθολογὸς πάντα τὰ τῷ ζῆν ἄχρη σχεδὸν
ὑπερβλήν, καὶ ἔστιν ἐν ἁπλοῖα καὶ ἀλυπία πύση· Γοργύρεται δὲ
τῇ Ἀχέροντι γυναικαὶ περὶ πλάγος, ἀπὸ τοῦ γοργῶς
φαίνεσθαι πῶς πολλοὶς τὰ ἐν ἄδου· καὶ δὲ δὴ καὶ αὐτὴ τέταρτη
θελῶν ὁ Σόφρων Μορμουλίκῃ ὀνόμασιν. Εἰπὼν περὶ τοῦ Ἀχέ-
ροντι Ἀπολλοδώρου ἐπάγει περὶ τῆς συζυγῆς αὐτῇ λέξεσιν
τάδε. Στύγα δὲ θηλυὴ πῖνα, καὶ φοβεράν ὑποσημαίνουσι δαί-
μονα, θεῶν ὄρκον, ἐν ἄδου τε ταύτῃ κατέκτανεν καὶ τὴν περὶ
γοργίας

πρίας ταύτης ἡξίωσαν, ἀπὸ τοῦ συγναζέειν τοῖς πένδεξι,
 καὶ σύμμετρον τὰ ἐν αὐτῇ· ὅρων καὶ τῶν, δι' ἐναρτιότητα· ἢ
 μὲν γὰρ τῶν ὄντων τὰ τῶν ζώντων ῥητορικῶς ἔχει δυνάμειν, ὅσον
 ἐν' ἐαυτῇ, αἱ δὲ τῇ τε τραγείδι καὶ τῇ πρόπῳ διεσκήρασι·
 τοιαῦτα περὶ τῶν συγδοῶν, ἐπὶ γὰρ, Κωκυλὸν δὲ ποτα-
 μὸν ἀνέπλασαν ἀπὸ τοῦ κωκύειν, ὃς ἔστι συγδοῦ καὶ συγνώ-
 ζεις ἀπορροαίς. Τοιοῦτο δὲ ἔστι γένος καὶ ὁ Πυειφλεγιάδων·
 ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ πυρὸς φλέγοντος τῆς πλεονεξίας· αἷς
 Ὁμοῖα φησὶ,

Ὅου γὰρ ἐπὶ σάρκασι τὰ καὶ ὁσέα ἴνας ἔχουσιν,
 Ἀλλὰ τὰ μὲν τε πυρὸς κεχαίρον μὲν αἰδομένοιο
 Δαμναῖ, ἐπὶ καὶ φῶτα λίπη λευκὰ ὁσέα θυμῶς,
 Ψυχὴ δ' ἡύτ' ὄνειρα ἀποπλάμνη πιπύνη.

ἡσυχία γὰρ τὰς ψυχὰς τοῖς εἰδωλοῖς τοῖς ἐν τοῖς κεχάροις
 φαινομένοις ὁμοίαι, καὶ τοῖς διὰ τῶν ὑδάτων ζωοποιμένοις· ἃ
 κατέπαξε ἡμῶν ὀξείκασαι, καὶ τὰς κνήκας μιμῶν, σερεμνίας
 δ' ὑπόστασιν ἐδελείαν ἔχον οἷς ἀνέληψεν, καὶ ἀφ' ἧν ὅθεν αὐ-
 τὰς ἐρεῶν εἰδωλα χαμόντων λέγει.

In viceſſimo Apollodori de diis volumine, quod de
 Inferis inferibitur, hac de Styge reperi: Ab his enim
 incipiendum est, nec Nominum contemnenda Notio.
 Siquidem hanc notione fluxuos quoque inferorum nuncu-
 pârunt, Acherontem quidem à doloribus, quemadmo-
 dum ait in Proſerpina Menalippides: vocatur autem in
 terra viſceribus fluens doloribus Acheron. Ac simili-
 ter ait Licymnius, Infinitis lachrymarum, ac dolo-
 rum fluit fontibus: ac rursus, Acheron dolores homi-
 nibus parit. Acheron porro, & Acherusia palus idem
 valent, quemadmodum Sophocles in Polyxena Achillis
 animam introducit loquentem, Ad Pæonis expertia, &
 nigricantia, relinquens paludis Acherontis planities,
 mas-

mascula veni libamina: in quibus quidem mortuorum dicit libamina, quæ medico carerent: mascula verò, quæ nihil producerent. Siquidem frugifera quidem feminea, sterilia verò mascula dicuntur, quod ille semen duntaxat suppeditet, hæc etiam nutriat: unde etiam ros femineus à fecunditate dicitur. Nec immeritò dicunt à mortuis Acherontem trajci, quoniam tales omnes vitæ dolores excesserunt, omnique labore, ac mœrore carent. Gorgyam deinde Acherontis uxorem finxerunt, quod horrendi quibusdam inferi videantur: ut & ejus Nutricem Sophron Mormolycem vocavit. Atque hæc de Acheronte locutus Apollodorus, ista de Styge subjungit: Stygem verò horrendam quandam fingentes deam, ac deorum jusjurandum, tum apud inferos eam collocârunt, tum quod præ luctu invisi sint inferi, hoc eam nomine donârunt: ut jurisjurandi per contrarium, quandoquidem ut hæc vitæ tollende vim in se habet, ita illi voluntate, ac moribus ab eâ distant. Quibus de Styge positis, hæc subjicit: Cocytum porrò fluvium à ploratu finxerunt, qui Stygis est rivus. Neque alterius generis est Pyriphlegethon, ab urendis mortuis dictus, quemadmodum Homerus ait.

Nam nec adhuc carnem, nec habent ossa arida nervi.

Illa sed ardentis Victrix violentia flammæ

Edomat, ut primùm spirantem vita reliquit.

Ast anima ut fumus supera in convexa volavit.

Ponit enim animas imaginibus speculorum, vel aquarum similes, quæ ut planè nos exprimunt, ac motus imitantur, ita solidam Naturam ad contactum non habent: qua de causa illis vitæ simulacra carentum nominat.

Quin-

Quinimò sine ullo librorum discrimine sæpe occurrit Apollodorus *περὶ θεῶν* ; sæpè simpliciter, nec posito *περὶ θεῶν* indice ; si quis tamen ad ea de quibus fit sermo, diligentius attenderit, faciliè perspiciet quæ loca ad hoc opus pertineant. Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Theodoretus, Arnobius, Suidas in *ἀμφοτέρω* *μεταγωγία*. Ταυτοπόλον, & *χῆς*. Hesychius in *Ἀγρῶς*, Stephanus in *Ἰλιω* *Θ*, Scholiastes Odyss. *↓*. Apollonii Rhodii & Aristophanis, Sophoclis ad Oedip. Colon. Porphyrius *περὶ ἀποχῆς* L. I. Aliiq; (ne infinitus sim in re non necessariâ) ex his Apollodori rivis largiter hauserunt.

Illud non prætermittam, posse alicui videri hos libros fuisse inscriptos *περὶ θεῶν καὶ ἡρώων*. Nam & Photius hoc aliquatenus innuit, & Scipio Tettius verbis conceptis affirmat.

Equidem existimo Apollodorum scriptis his suis titulum fecisse *περὶ θεῶν* : descendisse tamen eo usque, ut etiam Heroas (intervalli Mythici partem) complecteretur. Constat hoc ex Photii verbis jam allatis, Multùm quoq; sententiæ huic favet locus Zenobii in *Μῆλον Ἡερκλῆς*, ubi ait *ὅτι δὲ Ἰν Ἀθήνησιν Ἡερκλῆς ἀλεξιτέκον ἰδιόζυγον περὶ θεῶν*, & quæ sequuntur ; sunt autem ex libris *περὶ θεῶν*.

Favet & ille locus apud Demetrium Triclinium in Sophoclis Oedip. Colon. ubi Apollodorus de Promethei cultu & statuâ allegatur. Sed, ut hæc ita sint, certum est Tettium errare; & obtorto collo (quod aiunt) ad testimonium traxisse Macrobius. Imò testis est locupletissimus Macrobius (ut qui legerit Apollodorum) nos verum titulum indicasse, nam libro I. Stat. C. XX apertè ita scribit, *Apollodorus in libris quibus titulus est περὶ θεῶν*.

Atque

Atque ita quidem apud omnes sine ullâ discrepantiâ isti libri indigitantur, ut mirum sit repertos fuisse, qui hoc opus cum Bibliothecâ idem esse crediderunt.

De diis, ut jam diximus, multi scripsere; Maussacus ad Harpocratonem, & nos alibi complures designavimus. Pauci tamen eo instituto, quo noster Apollodorus; nisi forte Cleanthes, & ex parte Cornutus, & Nicolaus Damascenus, (quem Simplicius in *Physicis* adducit) nam & is libenter usus est Apollodori collectionibus, ut ex Photio discas, & ex *Notis* nostris ad Apollodori Bibliothecam; De quâ jam sermonem instituemus.

C A P.

CAP. V.

Secundum temporis intervallum. Huic Bibliothecam applicuit Apollodorus. Photii de eâ iudicium. Errare qui idem opus cum libris mpti dñr faciunt. Erroris origo. Agii Spoletini, contra veteres, tum codices, tum scriptores inceptum. Error eorum qui epitomen esse contendunt. Erroris dua causa. Quid sit synopsis hac Bibliotheca, sed ab ipso Apollodoro facta. Testimonia ex epigrammate, & Jos. Scaligero. Argumenta contra opinionem eorum qui epitomen putant. Refellitur F.T. qui Castorem ante Apollodorum vixisse statuit. Bibliothecæ titulus huic libello quare inscriptus. Diodori Bibliotheca. Veterum de eâ iudicia huic Apollodori conveniunt. Apollodorus Anaximenem Lampsacenum, Dodorus & Hyginus hunc & Apollodorum imitati sunt. An librorum divisio in hoc opusculo antiqua sit? Editiones varia.

Secundo temporis intervallo, quod *μυθικὸν* Varro dixit, Bibliothecam accommodavit Apollodorus. Quale fuerat id opus, docet Photius Cod. CLXXXVI. *Ἐν τῷ αὐτῷ ὃ τὰ χεῖρ' Ἀπολλοδώρου γεγραμμένη*

μαλὶκῷ βιβλιδάειον ἀνεγνώδη μοι, Βιβλιοθήκη αὐτῷ ἢ ὀπι-
 γρηφή. περὶ τὰ παλαιότατα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα τε περὶ
 θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος ἀνέλοις, δεξιῶν ἐδωκεν ὀνομασίας
 πηλίκων, καὶ χωρῶν, καὶ ἔθνων, καὶ πόλεων· ὅθεν καὶ τὰ
 πολλὰ ὅσα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρίχει, καὶ κατὰ μίχην τῶν
 Τρωϊκῶν καὶ ἀνδρῶν τινῶν ποδὲς ἀλλήλους μάχαι καὶ ἔργα
 ἐπιτρέχον. καὶ τῶν ἀπὸ Τροίας πλάναις πνέας, μάλιστα δ'
 Ὀδυσσεύς, εἰς ὃν αὐτῷ καὶ ἡ ἀρχαιολογία καταλήγει. Συν-
 οψίς δ' ἐστὶ τὰ πολλὰ τῶν βιβλίων, καὶ ἐκ ἄχρηστον πῶς τὰ
 παλαιὰ ἐπὶ μνήμης ἔχον λόγων μέλας ποιμήνους.

*In eodem item volumine legi Apollodori Grammati-
 ci libellum, cui Bibliotheca titulus erat. Continobat
 antiquissimas quasque Græcorum historias, & quæ sive
 de Diis sive de Heroibus temporis ratio dedit opinandæ,
 cum appellationibus, fluminum, regionum, gentium, &
 urbium. Hinc & pleraque antiqua, ad ipsa usque
 Trojana tempora descendens, refert. Virorum quoque
 nonnullorum inter se pugnas, resque gestas commemo-
 rat, & capita jam Troia, errores quorundam, præcipuè
 Ulyssis, in quem ejus præscarum rerum narratio termi-
 natur. Compendiosa quædam narratio est maxima
 hujus libelli pars, is non inutilis, qui vetera completi
 memoriâ volunt.*

Metinit idem Photius cod. CLXXXIX, ubi docet
 easdem magnâ ex parte historias à Conone & Apol-
 lodoro fuisse congestas.

Quaquam autem verbis disertis de Bibliothecâ
 Apollodori loquatur Photius his in locis, alibi autem
 Librorum περὶ θεῶν non minus distinctè; video tamen
 viros doctissimos complures, (quorum nominibus par-
 co, quoniam laudare nequeo,) utrumque opus mirâ
 quâdam ἀβελία ita confundere, ut libri περὶ θεῶν
 nunc pro Bibliothecâ ponantur, nunc hæc, vice versâ,
 pro illis sumatur. Vide, inquit F. T. librum XVI
 Bibli-

Bibliotheca ab Hermolao citari in voce 'Αγρίος. Atenim nulla ibi βιβλιοθήκη; mentio.

Huic errori tam latè diffuso occasionem dedit Benedictus Ægius Spoletinus, qui Romæ anno MDLV primus edidit Græcè, cum versione & notis, Apollodori Bibliothecam.

Ægius enim in epistola ad Fulvium Ursinum, postquam de operis hujus titulo vero, BIBLIOTHECA, (quémque adeo apud veteres solum repererat) verba fecerat, sic scribit, *Quod autem, sive DE DEORUM ORIGINE LIBRI TRES adjecerimus; Hic, qui hujusce auctoris primi certè libri unam aut alteram pagellam vel lippientibus oculis legerit: in sententiam nostram, & manibus & pedibus, eum iturum certò scio.*

Ausu temerario (ne quid gravius dicam) indicem operis obscuravit Ægius, dum adjicit de suo cerebro, quod nullius è veteribus libri auctoritate comprobare poterat. Nam ut de Photii accuratâ & planè criticâ in titulis librorum distinguendis diligentiam nihil dicam, affirmo

1. Nullos codices manu exaratos, quos Ægius Romæ vidit, aut quos servant Bibliothecæ Venetæ, Florentina, Palatina, Altempsiana, Montchaliana, Gallicana Regia, aut Oxoniensis, aliura dare huic libello titulum, quàm hunc

Ἀπολλοδώρου Ἀθηναίου γρηγορητικοῦ Βιβλιοθήκη.

2. Affero neminem ex antiquis Poëtarum Scholiastis (qui frequenter tamen depromptis ex hoc opusculo testimoniis utantur) alio nomine, quàm Bibliothecæ, hunc librum appellare.

Sed nec hic solus error de libello isto doctorum hominum animis insedit. Prodierunt in lucem quoque, qui epitomen esse contendunt, & diffusioris operis esse

Σειῶν compendium. Duo sunt quæ mihi videntur impulisse eos, qui sic sentiunt, in istam fraudem.

Primò Apollodori libros περι Σειῶν passim laudari observabant; deinde istud opus constare libris non minus viginti quatuor; exiguum porrò librum qui circumferebatur, περι Σειῶν inscribi: esse ergo epitomen, quòd tantum nomine, non mole operi illi περι Σειῶν responderet.

Secundò Photii verba malè intellecta errorem aut peperere aut auxere. De hâc Bibliothecâ sic Photius prodidit, Περιεῖχε τὰ παλαιότατα ἔργα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα περιεῖχε Σειῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος ἀνέστοις ἀξιάξιον ἔδεικνεν.

De diis egisse in hoc opusculo Apollodorum quis potest inficias ire? Enimverò (ut notarum p. 1. ostendi) hîc tantum Græcorum de Diis traditiones & historias persecutus est; in illo autem altero opere aliarum quoque gentium Theologiam, & ritus sacros enarraverat, saltem attigerat. Quæ dixi partim ex Photii verbis pressius observatis patent, partim ex Cl. Alexandrino; (is enim Apollodorum de Scytharum, & Carum sacris egisse ostendit in Protreptico ad Gentes,) & ex eo Arnobius lib. IV. Idem colligi potest ex iis, quæ de Ταυροπόλει Suidas ab Apollodoro, alique ante Suidam mutuati sunt. Nec est nunc primùm à me excogitata ista Græcarum & Barbaricarum traditionum distinctio; Docuit me Diodorus Sic. qui sex primis libris complexus est βαρβαρικὰς simul & Ἑλλήνων ἀρχαιολογίας. Apollodorus hîc tantum Græcancas perstringit.

Alius Photii locus, qui à vero nonnullos abduxit, paulò infra sequitur ea quæ jam posui; ὧν μὲν τὰ πολλὰ τῶν βιβλίων. Quæ non ita accipienda sunt, ac si hic libellus esset epitome alterius alicujus ab Apollodoro scripti, sed ita dicta sunt, ut intelligamus ea quæ

quæ fusiùs apud varios scriptores de re Mythologicâ pertractata fuêre, quæque apud Poetas sparsum & variè occurrunt, hîc uno quali intuitu conspicienda proponi. Confirmatur hæc mea sententia disticho ultimo elegantissimi Hexastichi, quod de Apollodori hæc Bibliothecâ apud Photium & alibi extat.

Ἀϊὼν ὁ ἀφυσίμωτος ἀπ' ἐμῆς
 Παιδείης, μύθος γινώσι παλαιγενέας.
 Μῆδ' ἐς Ὀμηροῖω σιλίῳ ἔμβλεπ, μῆδ' ἐλεγεῖω,
 Μὴ τραγικὴν μῦθον, μῆδ' μιλογραφίω.
 Μὴ κυκλίω ζήτη πολύδρεν εἶχον· ἔς με γὰρ αἰθερῶν
 Ἑυρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

*Sacrorum seriem nostrâ si legeris arte,
 Antiqua binc fiet fabula nota tibi.
 Meonida ne volue volumina, neve Elegian,
 Ne Tragicam Musam, ne melicos numeros.
 Multifonos Cyclicum versus ne quære : quod in me
 Invenias, quicquid maximus orbis habet.*

Quoniam autem in hoc testimoniorum quasi loco versamur, addam de Bibliothecâ hac quod magnus Scaliger ex vero scripsit in Elencho Orationis Chronologicæ. *Apollodori Bibliotheca, opus sanè ingeniosissimum, & elegantissimum, fabula est: Non si homines, sed si hominibus attributa considerantur. Eam totam si velimus, possumus etiam γινώσκειν in certum Chronicum conjicere.*

Enimverò ne emindus diutius veliter, Quæro quid sit epitome? Strabo, Stephanus, Artemidorus Ephesius, Athenæus, Dionys. Halicarnassensis (ne plures addam,) epitomatores, iratis diis suis, experti sunt; ita tamen ità se gesserunt, ut multa immutata &

intacta reliquerunt, nec commiserunt, ut prorsus Stephanum in Stephano desideraremus; alii medullam, alii saltem ossa & cutim, (ut olim Jovi Prometheus) nobis afferunt. At qualis est hæc Apollodori *πρὶ θεῶν* epitome, in quâ nec vola nec vestigium majoris operis apparet, imò meliora & *γλαφυρότερα* omittuntur, minus utilia comparent?

1. Mecum sentiet qui loca ea, quæ jam supersunt apud antiquos scriptores, ex libris *θεῶν* contulerit cum hac Bibliothecâ.

2. Qui varias & benè longas, quæ subinde in hac Bibliothecâ occurrunt, repetitiones, & transitiones, qui dicendorum *σερλήεις*, & *υἱοδύεις* animadvertet, non poterit pro epitome habere.

3. Qui consideret multis in locis *ἀντιστοιχίαις* loqui Apollodorum, aliter statuet. Perpendat enim prudens lector hæc & hujusmodi plura loca, p. 9. *πρὶ δὲ ἐν τῷ περὶ Ὀδυσσεὺς ἔρῃμεν.* p. 21. *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων μέλει τῷ δευτέρῳ, ἡμῖν λελέχθω.* v. & p. 152. Adstantur his primæ linæ libri secundi, & varii loci, quos in notis adduxi; Quis epitomatorum sic solet loqui? quis tam religiosus est in indicandâ historiæ serie & methodo? quis tam verborum prodigus, ut puras putas repetitiones nobis representare, & ingerere locis quamplurimis non parcat?

4. Qui attenderit hæc duo opera Apollodori ab antiquis, (qui utrumq; viderunt,) ita distinctè citari, ut libri *πρὶ θεῶν* nunquam ab iis Bibliotheca appellentur, nec hæc illorum titulo proferatur.

5. Libri

5. Libri de Diis XXIV non poterant non conficere justum volumen; erat quippe argumentum latum, varium & spissum: Photius autem ubi Bibliothecam describit, *βιβλιοθήκειον* vocat. Sed Photius non vidit Epitomen esse? Vellem autem qui Photio tantum tribuit, ubi de loco Josephi contenditur, etiam in hac re non minus eidem daret.

Nec momenti quicquam habet, quod scripsit V. D. *Castor post Apollodorum vixit, itaque ab Epitomiste additum id fuerit.* Castor certè vixit eodem tempore, quo Apollodorus, sed paulò seniore fuisse ostendunt Jonsius & Rheinesius; quorum sententiæ & illud favet, quòd Josephus II contra Apionem, post Castorem collocet Apollodorum: Quòd autem Bibliothecæ titulum tantillo libellulo parùm convenire nonnulli existiment, id me parùm movet. Est enim hic libellus, quasi Bibliotheca eorum tantum scriptorum qui Antiquitates Græcanicas intervalli Mythici conscripserunt; est *ἱστορίων βιβλιοθήκη*, ut enarrator Aristophanis de Diodori Bibliothecâ loquitur. Et Diodorus ipse videri potest, ut in argumento aliquatenus, ita & in titulo nostrum secutus; adeoque quæ ab H. Stephano de inscriptione Diodoréi operis disputantur, omnia ferè pro nobis faciunt. De Diodoro ait Eusebius, *ὁ ἐκ παλόντων τὰς ἱστορίας ἀναλεξάμενος*, & alibi, *ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ ταύτῃ ὁμῶς συμαγαγών*. De eodem Justinus Martyr sic scripsit, *ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἀπληρώων*. Atqui nihil aliud de Diodoro dicunt, quàm Photius de Apollodori Bibliothecâ, cùm, ut jam innuimus, scriberet, *καί τις ἐστὶ τὰ πολλὰ τῆ βιβλίου*. Opus utriusq; variorum historicorum monumenta ita complectitur, ut, tanquam instructissima & commodè disposita Bibliotheca, omnes exhibeat auctores, qui in isto commentandi genere à quoquam expeti possent. Quare non malè

Barthius ad Statium alicubi vocat libellum hunc *medullam omnium Mythologiarum*.

Ut autem Apollodorus Anaximenem Lampfacenum habuit quem sequeretur, ita Diodorus & Hyginus (cujus Genealogiæ epitomen tantum habemus, quam Grammaticus quidam penes V. D. H. Vossium, ait se fecisse, Maximo & Apro Coss.) utrumque videntur expressisse: De Anaximene Diodorus; ἡ ἀρχὴ τῶν Ἑλληνικῶν ἀνέγεγενετο; ἀρχαίμυθος ἀπὸ στοιχείας καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων. *Anaximenes Lampfacenus primam rerum Grecarum historiam descripsit; eamque à deorum ortu & generis humani primordiis exorsus est.* Quæ planè gemina sunt iis, quæ paulò suprâ ex Photio audivimus de Apollodori Bibliothecâ.

Quæri potest, ad quam classẽ & ordinem scriptorum Apollodori hoc opusculum referri mereatur. Sanè cùm partim ex Genealogiis, partim ex Mythologiis (sunt enim hæc inter se diversa) confurgat; ita tamen utrumque perpetuò inter se connectat, & quasi misceat, unius non erit nec simplicis naturæ scriptum hoc, sed ex mixtorum genere. Grammaticos tamen de his agere non negabit Sextus Empiricus, alioqui his hominibus parum æquus; περὶ θεῶν καὶ ἀνθρώπων γενέσεως, περὶ παλαιότητος καὶ νεωτέρας eorum provinciam peculiarem esse concedit. Hæc igitur cùm scriberet Apollodorus non recessit ab arte suâ.

Porro illud non injuriâ quæri possit, an in libros I, II & III, hos suos labores dispescuerit Apollodorus an continenti & perpetuâ scripturâ à capite ad calcem deduxerit. Illud certè constat, nullum ex scriptis codicibus librorum istos numeros ponere. Scholiastes tamen Homeri adducit primum, & secundum; tertium, quod sciam, nemo. Non est diffitendum interim huic di-

distinctioni ansam dedisse ipsum βιβλίον περιεχόμενον · nam apertis & manifestis exordiis utitur iis in locis, unde I, II, & III liber jam initium capit. Et Lectoris fastidio mederi fortè voluere qui tot, quasi interstitia, constituerunt. Nec hoc improbandum, nec recens incœptum est. Nam Ennii Annales Vargunteius divisit libros; & Nævium Octavius, & Lampadio. Nos quoq; ut longius iter falleremus, plures adhuc quasi περιεχόμενοι sumus dimensi. Nam singulos libros in capita; hæc iterum in περιεχόμενα divisimus; quarum tamen unam & alteram à Typothesis contrà atque oportet, positam seriùs deprehendi.

Editiones hujus libelli tres vidi, Romanam, Comelinianam, & Salmuriensem; Antwerpianæ nondum incidi; nec versioni Gallicæ. Quid post has in nostrâ præstitum sit quæris? Interpretationem multis in locis ad Græca exegimus; ipsa Græca emendavimus; aliorum tamen culpâ, περίληψις iterum ἐκτελέσθη καὶ ἐδίδην ὑγιήσας. Notæ brevitæ suâ (quanquam etiamnum longiores, quàm speraram, evasisse video) placere voluerunt.

CAP.

C A P. VI.

Tertium temporis intervallum. Ejus initium varium. Diodorus & Porphyrus Apollodorum secuti. Marciani locus expensus. χρονικὸν συντάξις verus titulus operis Apollodorici de tertio intervallo. Ejus argumentum ex reliquiis. Attalo II dicabatur. De Attalo. Chronicum Apollodori an epitomen sensit? metro conscriptum. Quale illud. Tragiambi, Heroiambi, Meliambi.

Tertium temporis intervallum ἰσοκύβητον Varroni dicebatur, quia res in eo gestæ veris historiis continentur.

De initio hujus intervalli nonnulla videtur fuisse inter auctores dissentio. Varro id exorsus est à primâ Olympiade; & Julius Africanus pronunciavit μέχρι τῆς ὀλυμπιάδος ἡδὲν ἀκριβὲς ἰστέον τῶς Ἑλλήσι. Idem sensit Eusebius Chronicorum p. 28. Nihilominus Apollodorus ab ipsis temporibus Trojanis exordium hujus intervalli arcessivit, & ad ejusdem notitiam nobile & fidei plenum opus Chronologicum elaboravit.

De eo opere loquitur Diodorus Siculus in proœmio, Ἀπὸ τῆς Τρωικῆς ἀκολουθῶς Ἀπολλοδώρου πρὸς Ἀθηναίων, τῆς δὲ αὐτοῦ ὀργανογραφίας ἐπὶ τοῦ τῆς χρονογραφίας. Eadem ex Apollodoro adfert Porphyrius
apud

apud Eusebium, loco quem jam attuli. Atque hæc ut mihi quidem videtur, satis clarè ostendunt, illa Marciani Heracleotæ verba omninò de Apollodoro Chronographo esse accipienda. Dicit enim Marcianus Atticum quendam Philologum, Aristarchi discipulum, composuisse Chronographiam à captivitate Trojæ usque ad sua tempora. Subnectam ipsa Marciani carmina, quoniam istius scriptoris non nimis frequentia sunt exemplaria; simul quòd eam rem quam agimus, mirificè illustrent.

Τῶν Ἀπικῶν πρὸς γνησίῳν τῶν φιλολόγων,
 Γερωνὸς ἀκουστῆς Διογένης τῷ σοῖκῃ,
 Σωπερολαχὸς ἢ πολλῶν Ἀειδαίχῃ χρεῖον,
 Σωτήταξ τὰ ἀπὸ τῆς Τρωϊκῆς ἀλώσεως,
 Χρονογραφίας εὐχεχῶσιν ἄχρι τοῦ νῦν βίη.
 Ἐπὶ ἢ τετρασφῶντα φέρει πᾶς χεῖρ
 Ὀρεισμένως ἐξέδωτο, καὶ ἀειδμήδωθ
 Πόλειον ἀλώερε, ἐκλοπῆς εὐπεπίδω,
 Μέλανασαίρες ἔδωτο, εὐλαίρεας βαρβαίων,
 Ἐρόδω, περὶ αἰῶνος περὶ ναυτικῶν εἰδων,
 Θέρεας ἀγώνων συμμαχίας ἀπονδῆς, μάχας,
 Πράξις ἐκλειώνων, ἐκπαρατῶν ἀνδρῶν βίαι.
 Φυγὰς, εὐλαίρεας, καὶ ἀλῶν περὶ εἰδων.
 Πάριον ἐκπαρατῶν τῷ χύδω οἰρημῶν,
 Μάτρω ἢ ταυτίῳ ἐκπαρατῶν περὶ εἰδων,
 Τῷ κομῶ ἢ, τῷ λαφενείας χρεῖον,
 Ἐμμημῶν δὲ τὸν ἐσομένῳ ὅπως ὀρῶν.

*Ex Atticis quoque inclitis scriptoribus,
 Diogenis auditor docentis in Stod.
 Qui unà cum Aristarcho diu versatus est,
 Conscripsit à Troje ruinis inclite*

Chronographiam

*Chronographiam pergentem usque ad hoc seculum,
 Annos quaterdenos super mille integros
 Comprendit omnino, oppidorumque explicat
 Excidia, castra quoque metata, indeque
 Migrationes gentium, atque barbaros
 Exercitus, trajectiones classium,
 Certamina, Arma socia, fœdera, prœlia,
 Regum acta, vitæ, & virorum illustrium :
 Exilia, labes imperj tyrannici.
 Summam omnium, quæ dicta sunt fusè supra ,
 Versu explicare voluit, atque comico
 Potissimum, dilucidi causâ ordinis,
 Duntaxat id juvare memoriam videns.*

Credo genuinum titulum operis fuisse *Χρόνων χρονικήν*, cum ob Marciani verba, tum etiam quoniam Diodorus libro XIII sic scribat. *Ἀπολλόδωρος ὁ ἑὲς χρονικὴν τῶν μεγάλων αἰσάμενος*. Aliàs, passim Apollodori *χρονικὴ* dicuntur.

Ex iis est, quod Cicero, libro XII petit ab Attico doceri, cum alia, tum *qui etiam Athenis πολιμένοι fuerint illustres, quæ*, inquit, *ex Apollodori, puto posse inveniri*. Hinc est quod Diodorus libro XIII quo tempore *Euripides mortuus sit*, nos docet. Nam Eusebius quot & quanta ex Apollodoro desumpsit, nemini ignotum esse possit. Idem dixerim de Diogene Laertio, & Stephano. Hujus operis fidem advocant etiam Gellius, Cl. Alexandrinus, Phlegon, Eustathius, Tzetzes, Plutarchus, Strabo, Scholiastes Nicandri, alique, quibus enumerandis abstineo. Illud tantum adjicio Chronographiam hanc diversis libris constitisse, nam III Laertius, I. III & IV. Stephanus, & VIII forte Syncellus laudat. Inscriptis Chronica hæc Attalo. Marcianus.

*Ἐπὶ βασιλέως ἀπεδίδο Φιλadelphus χάριν,
 Ἀθανάσιον ἀπονέμοντα δόξαν Ἀπ' Ἀλάφ.*

In

*In principis Philadelphi honorem condidit,
Et gloriam aeternam dederunt Attalo.*

Attali tempora plenè cognita, Apollodori quoque illustrabunt. De Attalo igitur pauca adjiciam.

Fuit hic Attalus ob fraternam benevolentiam, & amorem erga Eumenem cognominatus Φιλάδελ-
φος. Livius ejus industriam & fortitudinem cum singulari modestiâ conjunctam prædicat. Hic est, cujus egregiam operam in Romanis bellis navatam legimus. Ad Magnesium strenuè pro iis depugnavit. Manlio Volsone contra Galatas auxiliariis copiis adfuit. Regnum à fratre morituro (nam & priùs, falso nuncio de Eumenis morte inductus, occupaverat) per manus traditum accepit. Is est Attalus, qui Antiochum Magnum obsessus Pergami rejecit; qui Nicomedi Epiphani auxilia subministravit. Nicomedes idem est, ad quem scripsit Periegeseos metricæ auctor qui Marcianus Heracleota appellatur, scripsit. Ostendit autem idem Periegetes Attalum hunc II, Nicomedem, Apollodorum, & seipsum fuisse συγχεύων; nam ad ea tempora descendisse tradit Apollodori Chronicon.

Attalo quoque labores suos obtulit Biton Mechanicus. G. Vossius in Mathematicis de Bitone hæc habet; *Opusculum suum Bito inscripsit τῷ πάλαι βασιλεῖ*. Nesciit, quem intelligere oporteat παλαιὸν βασιλέα; tandem Dionysium Corinthi agentem esse suspicatur. Codex meus calamo exaratus, (in quo cum aliis nonnullis Bito ille comprehenditur,) apertissimè hunc titulum præ se fert. Βίτωνος καὶ αὐτοῦ καὶ πολλῶν ἄλλων καὶ κατὰ πλῆθος, ἀπὸς Ἀπάλων.

Ni-

Nicandri Biographus & Suidas notant Poetam sua quædam Attali nomini dicasse. Atqui hic Attalus junior, & Γαλαξίας cognominatus fuit; alius ingenio moribûsque à secundo, & secundi interfector. Hunc igitur, an potius secundum Attalum Bitonis libellus sibi præscripserit, nequeo affirmare.

Epitomen sensit hoc Apollodori *πέντημι*; incertum cujus manu. Stephani Fragmentum in v. Δύμη sic loquitur, Ἀπολλόδωρος ὁ ἐν τῇ ἐπιτομῇ, *Apollodorus, vel qui cum in epitomen redegit.* Hæc autem ex Chronicis desumpta fuisse ex iis patet, quæ mox subnotat ibidem Stephanus. Idem sentire videatur & Marcianus his verbis

Πάντων ἐπιστομὴν τῇ χύδον ἐκτελεῖον.
Summam omnium quæ dicta sunt fuisse.

Equidem fui aliquando in hâc sententiâ, ut existimarem Apollodorum in compendium metricum contraxisse, quæ fusiùs scripserat de rebus Chronologicis, solutâ oratione. Sanè Philochorus Atthidem suam in epitomen constrinxit. Hunc imitari in hâc re, quod fecit in aliis, potuit Apollodorus. Enimverò ut, quid statuendum sit, nesciam, facit Marcianus ;

Ἐστὶν ἤ ἐν κεφάλαια ὧσα δεξιὰς χερῶν.
Apollodorus, inquit, summa temporum capita & res maxime insignes complexus est. Quod profectò aliud non erit, ac Apollodorum ipsum de multis rebus breviter & concisè in opere isto egisse, quemadmodum se quoque scripturum profitetur verbis his ipse Marcianus ;

Ἐκ τῇ ποσειδωνίδος ἰσορρομίας
Ἐν ἐπιτομῇ σοι γέγραφα —
*Nam sparsa varie olim à quibusdam literis
Compendiariâ viâ scripsi —*

Faci-

Faciliùs in hâc relâdecipi potuit Stephanus, qui longius ab Apollodori ætate disjunctus erat, quàm Marciannus, qui eodem tempore cum eo vixit. Et rectiùs judicare videatur is, qui opus hoc in materiâ Chronologicâ talem fuisse ~~Credat~~ credat, qualis fuit in re Mythicâ ejusdem Apollodori Bibliotheca.

Ostendit porrò idem Periegetes Chronicon istud ab Apollodoro carmine fuisse consignatum. Hoc ut ta-
cuisset ille, ostendisset tamen Stephanus ~~πρὸς τὸν~~,
cujus *Fragmentum* locis aliquot Apollodori carmina nonnulla reliqua nobis fecit. Eriam in v. ~~χρονολογικῶν~~
χρονολογικῶν versus comparet, non certè ex Apollonii (ut ibi habetur) sed Apollodori Chronicis. Nec cuiquam insolens in hoc argumento existimari debet metrum : fecere hoc alii, item boni; Helladius apud Photium, Manasses, Tzetzes ~~χρονολογικῶν~~ *χρονολογικῶν* ~~ἰαμβοῦ~~, ut ipse de se testatur; quinimò ante hos omnes, Nævius Saturnino metro, Ennius Heroico historias & res gestas luculentè concepere.

Restat dubium quoddam de Apollodori metro, cui tollendo, ut par sim, vereor. Suidas igitur in v. ~~τραγικῶν~~ *τραγικῶν*, dicit Apollodorum invenisse *Τραγιάμβους*. Ex Suidâ Gyraldus & G. Vossius idem docent, nec tamen docent, quid metri fuerit Tragiambus. Augetur dubium ex eo; quòd Marciannus, uti jam vidimus, apertè dicat Apollodori carmen fuisse *χωρικόν*. Ego sic censeo; dicuntur Heroiambi, quando Heroicis miscentur Jambi; *Ἰαμβέλεροι*, cùm in Elegiaco veniant, *μίσιαμβοι* si *ὄν τῷ μέλῃ* adhibeantur. Primum genus Homerus in Margite attulit, secundi meminit Hephæstion, tertio usus est Cercidas. Pari ratione Tragiambi dici videntur, ubi in carmine Jambico (Comicis

micis & Tragicis usitatissimo) plures Tragici Jambi interponerentur. Qualis autem fuerit Jambus Tragicorum, docent Hephæstion, Tzetzes, & post Latinos Grammaticos Delrius ad Senecam.

Res huc redit. Quod Marcianus laxè loquendo *καμπεδν* vocabat, id Suidas pressius, *τραγυιαμβον*; quem admodum Cercidæ versus Athenæo simpliciter *ιαμβος* audiunt, quos Laertius appellavit *μελιαμβος*. Aliis quoque versibus scripsit bellum Punicum Nævius, quàm Saturninis; quoniam tamen aliis crebrior is erat, dicitur Nævius eo *ἀπλῶς* fuisse usus. Potuit igitur Apollodorus auctor istius Tragiambi à Suidâ dici, non quidem absolutè, sed quia in Chronicis primus Græcorum eum frequentissimè adhiberet.

C A P.

C A P. VII.

Alia Apollodori scripta. In Catalogum navium apud Homerum. De Poculis. De Sophrone & Epicharmo. An de legum latoribus? De Etymologiis, & fortè de Proverbiis. De Meretriculis Atheniensibus. Non scripsisse de Heraclidarum reditu; nec de rebus Geographicis opus aliquod distinctum.

Festino ad reliqua Apollodori scripta, in quibus primum locum do libris περὶ τῶν νεῶν καὶ αἰμάτων. Libros XII impendit explicandæ Homericæ Boeotizæ. Horum meminere Eustathius, Tzetzes Chil. VII, Hist. 144. Etymol. M. Scholiastes Apollonii, & Homeri, Athenæus, & imprimis Strabo, qui vehementius subinde contra Apollodorum, præcipuè l. XIV insurgit. Meminit & Enarrator Nicandri; quamquam in totum Homerum scripsisse Apollodorum nonnulli ex eo loco fortè conjiciant; nam Ἀπολλόδορος ἐν τοῖς ἐκ Ὁμήρου, nihil certi ponit. Scripsere in eundem Homeri catalogum Polus, ut testis est Suidas, & Menogenes, quemadmodum ex Porphyrio ostendit Eustathius.

Apollodorum scripsisse περὶ κυλίκων & περὶ κρατῆρων docet nos Athenæus libro XI c. 12. dubito, utrùm opere separato, & his proprio.

Egit quoque de Sophrone mimographo Siculo, ut manifestum est ex Etymologi variis locis p. 72, 51, 151. item Schol. Aristophanis; ex Athenæi l. 3. ut & l. 7, in quo loco vertendo pessimè lapsus est latinus interpretes,

terpres. Ex quibus locis inter se collatis liquet ab Apollodoro Sophronem (sermonis peregrinitate obscurum & pænè obsoletum minimâ vetustate,) sive glossis, sive commentariis fuisse illustratum. De Sophrone egi aliàs, & plenâ manu ad Aristotelis Poeticen.

In Epicharmo recensendo similem operam collocavit Apollodorus. Testis est Porphyrius in vitâ Plotini, ubi se Apollodori exemplo disposuisse Plotini scripta fatetur. Testatur & Lexicon vetus in v. Καρδιάτης.

Asclepiades Apollodori præceptor ἐν τοῖς περὶ Κρατίου videtur explicuisse voces apud eum difficiliores, ut docet Athenæus lib. XI. ubi sermo est περὶ βαλαντιομάλων. Alexander Polyhistor laudatur ἐν πρῶ περὶ τῆ παρ' Ἀλεξάνδρου τοπικῶς εἰρημένων. Alcman enim in suis Hymnis Dianam ex μυρίων ὀρέων, πόλεων, ποταμῶν ἀνακαλεῖ, inquit Menander; in his tenebras depellere voluit Alexander. Hos igitur quos imitaretur in isto scribendi genere habuit Apollodorus.

Vix persuaderi mihi potest, quin περὶ Νομοθεσιῶν scripsit Apollodorus. Istius operis II expressè citat Laertius in *Solone*; nisi malis secundum librum Chronicorum intelligere; certè ex Chronicis Apollodori multa hausit Eusebius de Legum Latoribus; τὰ Λυκέργους νόμια, ὡς Ἀπολλόδωρος. *Lycurgi leges à Lacedæmone juxta sententiam Apollodori, hæc ætate susceptæ*, inquit Hieronymus. Nec est alius quisquam præter Laertium, qui meminerit librorum Apollodori περὶ Νομοθεσιῶν.

Citantur Apollodori libri ἐτυμολογιῶν; ex iis enim profecisse se testatur Varro l. 4. & 5. de L.L. Etymologus multis locis; Schol. Apollonii, & Harpocrati. Ad hunc librum pertinere puto duos Athenæi locos de *Paphiis*, & de *Delis*, quos describere

bere longum esset. Nescio autem an & περὶ παρρησιῶν commentatus sit; nam quæ ex eo Hesychius & Paræmiographi in γερῶν Σίειϑ adducunt, non satis evidenter hoc probant.

Adhuc; sunt inter veteres auctores, qui Apollodori libros in testimonium vocant, qui inscribebantur περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἐπιτελείων, de meretriculis Atheniensibus. Scriptum hoc legere Harpocration, Etymologus, aliique ex quibus Suidas sua compilavit. Quale fuit istud opus, possit sciri ex jam prolatis scriptoribus; & plenius ex Athenæo. In hoc argumento (quod mireris meritò) tempus posuere Antiphanes, Animonius, Aristophanes, Gorgias Atheniensis, & Callistratus; quos omnes cum Apollodoro non leviter perstringit Athenæus libro XIV; ac si in re parum honestâ malè abuli essent otio suo.

Hactenus videor certos & indubitatos Apollodori factus suo parenti restituisse. Plures si quis ei attribuet, non invitus pro suis admittet, modò justa monumenta & necessaria agnitionis indicia præferantur; spurios interim non adoptavit.

Hujus notæ erit *Historia Atheniensium*. Scripsit (inquit vir quidam doctus) *Historiam Atheniensium usque ad reditum Heraclidarum*. Atqui nemo antiquorum opus hoc aut vidit, aut laudat. Dum hujus erroris fontem quæro, puto me in Diodoro Siculo malè intellectoprehendisse. Ait Diodorus se collocare Ἡγεκλιδῶν καὶ Διόδωρον in anno à Trojâ captâ octuagésimo ἀπολυθῶς Ἀπολλοδώρου. Hæc quidem habes in fine præmii ad librum primum, nec ultra quicquam.

Hujus quoque notæ erit *Apollodori Geographia*. Vir magnus & nunquam satis laudandus J. Ger. Vossius libro III de Hist. Græcis, existimabat se invenisse Apol-
d 2
lodorum

Iodorum Geographum, apud Tzetzem chil. 3.H.100. Perpendenti Tzetzæ verba aliud mihi videtur. Nam hæc, ἐν τοῖς περὶ πόλεων, καὶ νήσων, καὶ δῶμων, non sunt ad Apollodorum (qui præcedit) referenda, sed ad Stephanum qui proximâ lineâ subsequitur. Deinde, quæ ibi Tzetzes scribit, ex Bibliothecâ Apollodori hausit, non aliunde. Sed hunc, & si qui alii sunt, errorem tollet secunda editio istius operis, quod quidem optimus Vossius ante mortem auxerat plurimum, & emendaverat. Atque de Apollodoro nihil addam ampliùs, ut qui jamdudum longiùs provectus sim, quàm decreveram.

C A P. VIII.

Conon. Ejus tempus, scripta, stylus, homonymi. Ptolemai, vulgò Hephæstionis, atas. Tzetzes de eo; integrum vidit. Tertulla. Parthenius; de ejus etate. Dubitatur an ad Tiberium pervixerit. Suida locus controversus. Parthenii scripta; & versio Gallica. Plures Ἑσθίων Scriptores. Antoninus, vel Antonius Liberalis; doctorum de eo dissidia. Metamorphoseων Græci aliquot scriptores.

Sequuntur Conon, Ptolemæus Hephæstionis, Parthenius, & Antoninus Liberalis. In his, L.C.tædium tuum brevitatis solabitur.

Apollodorum excipit Conon. Floruit is Julii Cæsaris tempore & sub Augusto, Photius benè animadvertat

vertebat opus suum Cononem Archelao dicasse. Archelaus porro dictus Philopator is erat, qui M. Antonium in Asiâ secutus est, eique favit contra Augustum.

Idem Photius ait se ἐν τῷ αὐτῷ τῷ δ' ἔχει reperisse has Cononis Narrationes & Apollodori Bibliothecam. Ea ratio me permovit, ut hîc quoque jungerem. Præcessit in eo codice, quo utebatur Photius, Apollodorum Conon. Sed ab illo cùm viderem pleraque hunc fuisse mutuatum, volui ut hîc etiam Apollodorum sequeretur. Quicquid de Conone reliquum est, acceptum referimus Photio; qui de stylo operis quid senserit, sic nos docet. Ἀθηναῖος ὁ φάσκει ἐστὶν Κόνων· τοῖς περὶ Σωδῶναις καὶ λέξεσι χαίρει πρὶ καὶ ἐπαρξόδιον. Attico sermone nititur Conon; compositione ac dictione elegans est & venustus.

Conones plures memini me legere. Erat Atheniensium Prætor nemini ignotus Conon; erat Zenonis imperatoris frater hoc nomine, cùmque fortè intelligit Stephanus in Σιμάδα. Conon Mathematicus fuit Archimedis amicus. Fuit denique qui περὶ Ἡρακλείας, περὶ Νηλεΐδου, περὶ Ἰταλίας citatur. Jam, an unus, an plures fuere qui de his scripsere; & si unus, utrùm is noster fuerit Conon, incertum habeo.

Ptolemæum subjunxi Cononi; habui rationem argumenti, (quod utrique simile est) non temporum. Suidæ testimonio Alexandrinus fuit Ptolemæus, cognomento Chennus. Quod autem Hephæstionis filium vulgò faciant viri eruditi, dubio non caret. Vixit enim Ptolemæus sub Trajano; Hephæstion autem sub Antonino Pio; alius certè non occurrit apud veteres, excepto illo Hephæstione, qui Enchiridii auctor existimatur, & cujus meminit Capitolinus inter Veri præceptores. Hephæstion apud Apfyrtum inferioris seculi omnino fuit. Tzetæ interim Ptolemæum Hephæstiona,

stiona, non Hephæstionis, dici video, Chil.VIII. Hist. CXCV, (ubi etiam quædam refert quæ in excerptis non habentur) quod quanti sit, doctis æstimandum relinquo. Emitit Ptolemæus VII libros *κειμή* ut Photius, *παράδοξις ἱστορίας* ut Suidas indicat. Dedicavit labores lectissimæ feminæ Tertullæ, cujus *φιλολόγον* & *πολυμάδης* vehementer suspiciebat. Photius minimè malus iudex credidit hoc scriptum utile fore *ὅρις πολυμάδην ἱστορίαν*, ideóque excerpta fecit; nec jucunditatis nec fructûs expertia. Plura de eo commemorat Suidas.

Parthenius merito suo & exemplarium paucitate jamdudum carus factus est. Ideo locum in hoc corpore Mythologico invenit. Ejus tempora notiora sunt, quàm ut in iis colligendis moram faciamus. Vixit cum Cornelio Gallo familiarissimè, habuitque in Græcis auditorem Virgilium, (qui ex eo nonnulla transtulit, inter alia, Moretum; quod D. V. Isaaci Vossii observatione didicimus.) Bello Mithridatico captus à Cinnâ Romam venit. Atque hæc certa sunt. Suidas autem mox magnas turbas creat, ubi scribit eum ad Tiberium in vivis perdurasse; ita enim anni, inquit Gyraldus, CXX plus minus ei attribuendi sunt. Huic incommodo J.G. Vossius sic mederi conatur, ut *Tiberii tempus intelligi velit, non quo imperare, sed quo florere cepit.* Solenne est Suidæ homonymos commiscere. Sanè Parthenii plures fuere. Fuit quidam Grammaticus Dionysii Alexandrini discipulus. Hunc in testimonium advocat Athenæus, & ejus compilerator Eustathius p. 1412 Il. item p. 567. Odyss. Editionis Frobenianæ. Cùm autem Dionysius ille sub Nerone vixerit; nullo pacto ad Tiberium revocari potest ejus auditor Parthenius. Fuit quoque alius, patriâ Phocensis; Is cùm in scriptis suis Magnentii memi-

meminerit, ut ex Stephano in *Δεικνύσις* clarè constat, longè abest ab iis temporibus, in quibus scimus Nicænum nostrum innotuisse. Tertius adhuc Parthenius fuerit, Chius gente, poeta ex Homeri familiâ oriundus. Scripsit hic inter alia *ἐλεγία εἰς Ἀρσινόην*; colligo hoc ex Scholiis in Epigrammatum Græcorum librum 3.c.40. Suidas tamen hæc ipsa attribuit Parthenio Nicaensi. Qui, si Scholiastæ fides sit, duos diversos Parthenios confudit, & poterit Chius ille sub Tiberio floruisse. Sed redeo ad nostrum. Præter ea ejusdem scripta quæ alii ex Suidâ congeffere, reperio citari in Crinagorâ, apud Etymologum; in Leucadiis, apud Stephanum. Quod autem *Ἐρωτικὰ* hæc ejus sint, licet solutâ oratione concepta, ambigere nos non sinunt Plutarchi Parallela Minora. Si cui argumentum operis minùs placeat; poetam fuisse Parthenium cogitet. Quinimò *Ἐρωτικὰ* scripsit Aristoteles, Aristo Chius, Cadmus, Capito, Clearchus, Heraclides Ponticus, Phanocles, Plutarchus junior, Philippus Amphipolites, Achilles Tatiûs, Heliodorus, Antonius Diogenes, Aristænetus, Longus, Alciphron, Ælianus, Jamblichus *Babylonicorum* auctôr, Lucianus, Lucius Patrensis, Xenophontes tres, Babylonius, Ephesius, Cyprius; Zeno Cittieus; Lysias Rhetor, Zonæus, Eustathius, Cyrus Prodromus. His Herodianum adderem, ex Rheinesii Var. Lect. si quis esset, affirmare possem. Secutus sum in Parthenio Cornarii Editionem, ducem non satis fidam. Exemplar Ms. nullum invenire potui, sed nec versionem Gallicam, quam J. Fournier adornavit.

Antonini Liberalis incertum an apud veteres fiat mentio. Existimabat Is. Caufabonus in notis ad Suetonii Rhetoras, hunc esse Antonium Liberalem illum, quem Hieronymus ex Suetonio ponit ad annum Eutab. Chronici CIO CIO LXIV; hujus opinioni refragantur

gantur Scaliger, Mauffacus, & G. Vossius; accedit ei Abr. Berkelius V. D. qui Liberalem nuper in lucem emisit. Ego in re dubiâ *ἰνίχα*. Narrationes complectitur Antoninus ex scriptoribus ævi melioris, qui interci- derunt; quo nomine commendatior esse debet Philo- logis. Metamorphoseis apud veteres scripsisse repe- rio (præter eos quos laudat Liberalis) Callisthenem, Dorotheum, Theodorum, Parthenium, & Adrianum Sophistam. Sed de his hætenus. Ne fortè, ut citra laudem (quod faciliè credo,) scripsi, ita ultra veniam quoque molestus esse pergam.

E R R A T A.

In Differt. p 41, lege in lib. 45, dele scripsit. In Notis, p. 85, l. coli. 90, additus 98, ad Molossos, *de* d. decessit. 147, *Ulyssis*. 148, *Pausaniæ*, cætera L. C. condonabit.

A P O L.



ΑΡΟΛΛΟΔΟΡΙ ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΥ

ATHENIENSIS

ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ

BIBLIOTHECES

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ

Liber primus.

βιβλίον α΄.

C. A P U T I.

Κ Ε Φ Α Λ Α.



OE L U S om-
nium primus
mundi universi
imperio præfuit:

ductaque uxore Tellure,
prioris ex ea filios sustulit,
quos Centimanos cognomi-
narunt, Briareum, Gyen,
ac Cœum. Qui, quod sin-
guli centum manus & capita
quingenta haberent, cor-
poris cum magnitudine, tum
robore cæteris mortalibus
antecelluerunt.

§. 2. Post hosce autem è
Cœlo Tellus Cyclopas, Har-
pen, Steropen, & Bronien,
quorum singuli unum oculo-
lum in media fronte habe-



ΤΡΑΝΟ΄Σ
πρῶτος ὅπαν-
τὸς ἐδωκασθε
κόσμῳ γῆμας ὅ

Γῶν ἐπέκλωσε πρῶτος τὰς
ἐκ τὸ γῆρας πρῶτος γέν-
εστας, Βριάρεον, Γύην,
Κοῖον. οἱ μέγδαι τε ἀνυ-
πέρβλητοι καὶ δυνάμει κα-
θείσκεισαν· χεῖρας μὲν·
ἀνὰ ἑκατὸν, κεφαλὰς
δὲ, ἀνὰ πεντήκοντα ἔχον-
τες.

§. β. Μετὰ τούτους δὲ,
αὐτῷ τεκνοῖ Γῇ Κύκλωπας,
Ἄρπιν, Στερέπιν, Βρόν-
τιν, ὧν ἕκαστος ἔχει
ἓνα ὀφθαλμὸν ἐπὶ τῷ με-

A

πάντων. ἀλλὰ τέτοις μὲν οὐρανὸς δόσας, εἰς Τάρταρον ἔρριψε· τόπος ὅς οὐτὸς ἐρεβώδης ὄρεν ἐν ἄδου, ποσὺτον ἀπὸ γῆς ἔχον διάστημα, ὅσον ἀπ' ἐρεβού γῆ.

§. γ. Τελιοῖ ὅς αὖθις ἐκ Γῆς παῖδας μὲν τὺς Τιτάνους, θεσσαγορεδόντας, Ωκεανὸν, Κοῖον, Ὑπερίωνα, Κεῖον, Ἰαπτόν, καὶ νεώτατον ἀπαύτων Κρόνον. θυγατέρας τε πατρὶς κληθεῖσας Τιτανίδας, Τηθύω, Ρίαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Λιώνην, Θέαν. ἀναγκάσθη δὲ Γῆ ὅτι τῇ ἀπωλείᾳ τῇ εἰς Τάρταρον ριζόντων παίδων, πείθει τὺς Τιτάνας ἐπιθέσθαι πατρὶ· καὶ διδόνσιν ἀδαμαντίνην ἀσπίδα Κρόνῳ. οἱ δὲ, Ωκεανὸν ἔχοντες, ἐπιπδύνται. καὶ Κρόνος ὑποτιμῶν τὰ αἰδοῖα τῷ πατρὶ εἰς πλὴν δάλασσαν ἀφίησιν· ἐκ δὲ τῇ σαραγμῶν τῷ ῥέοντος αἵματος Εἰρινύες ἐκκρόνοντο, Ἀλῆκῳ, Τισφόνη, Μεγάρῃ τῆς δὲ ἀρχῆς ἐκκαλόντες· τὺς τε καταρταροδόντας ἀνή-

bant, peperit. Sed hos Cælus victos dejecit in Tartarum. Is locus est apud Inferos tenebrosissimus, qui tantum à terra distat, quantum à cælo terram abesse ferunt.

§. 3. Cælus item ex eadem conjuge procreavit Oceanum, Cæum, Hyperionem, Crium, Iapetumque, cognomento Titanas, & novissimum omnium Saturnum suscepit. Præterea filias, Tethyn, Rheam, Themim, Mnemosynen, Phœbénque & Dionen, ac Thiam, quas Titanidas nominarunt. Mox verò Terra, indignissimè ferens filiorum in Tartarum dejectorum internecionem, Titanas, ut patrem aggredierentur, inducit: Saturnoque adamantinam falcem suggerit. Tum ij omnes, præter unum Oceanum, in patrem impetum faciunt; & Saturnus præfecta Cæli genitalia dejecit in pelagus, deque virilium sanguinis fluentibus guttis Erinnyes, Alecto, Tisiphone, ac Megæra, enatæ sunt. Cælo demum è regno expulso, & revocatis ab ima Tartari profunditate

germanis fratribus , Saturnum imperio suffecerunt. At hic rursus Titanas fratres compeditos demisit in Tartarum. Rheam inde sororem sibi in matrimonium copulavit. Postea cūm Cœlus ac Terra illum filij sui viribus imperio deturbatum iri prædicerent , singulos , ut quisque in lucem prodibat atque nascebatur , ita devorabat : & Vestam prius , Cererem deinde , & Junonem ; post has Plutonem & Neptunum deglutivit. Quamobrem irata conjux Rhea in Cretam , quo tempore Jovem in utero ferebat , proficiscitur , ubi in antro Dictæo illum parit ; & Curetibus , Adrastæque ac Idæ Nymphis Melissarum filiabus alendum dedit. Hæ verò Amaltheæ lacte puerum educant. At Curetes , in antro armati infantem aservantes , hastilibus scuta ; ne vagientis pueri vocem Saturnus audiret , quatiabant. Rhea verò involutum fasciis lapidem pro nato patri filio devorandum dedit.

γαρον ἀδελφούς. καὶ τὴν ἀρχὴν Κρόνῳ παρέδωκεν. Ὁ δὲ τέτοις μὲν τῷ Ταρταρῷ, πάλιν δίσας, κατέβριξε. ἥ δὲ ἀδελφὴν Ρέα γήμας· ἐπειδὴ Γῆ τε, καὶ Οὐρανὸς ἐδωσιώδωσαν αὐτῇ, λέγοντες ὑπὸ παιδὸς ἰδίῃς ἥ ἀρχὴν ἀφαιρηθήσεως, κατέπινε τὰ θυνώμυρα, καὶ σφύτῳ μὲν θυνηδύσαν Εἰς αὐτὴν κατέπινε· εἶπε Δήμυτταν, καὶ Ἡῤαν· μεθ' αἷ Πλείτωνα καὶ Ποσειδῶνα· ὀργισθεῖσα δὲ ὅτι τέτοις Ρέα, παρεγίνετο μὲν εἰς Κρήτῳ, ὀπνίκα ἥ Δία ἐγκυμονοῦσα ἐτύλχανε. θυνᾷ δὲ ἐν αὐτῇ ἥ Δίκτης Δία. καὶ τῷτον μὲν δίδοι πρέσβει Κούρησί τε, ταῖς Μελισσῶν παισὶ νόμφοι, Αδραστία ἥ καὶ Ἰδῆ. αὐταὶ μὲν οὐκ ἔπαῖδα ἔπρεπον τῷ ἥ Αἰμαλθείας γάλακτι. οἱ δὲ Κούρητες, ἐνοπλοὶ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ βρέφος φυλάσσοντες, τοῖς δόρασι τὰς ἀσίδας σωέκρον, ἵνα μὴ ἥ παῖδες φωνῇς ὁ Κρόνος ἀκείσῃ. Ρέα δὲ λίθον σαρκογνώστα, δίδωκε Κρόνῳ καταπιεῖν, ὡς ἥ γενημένον παῖδα.

Επειδὴ δὲ Ζεὺς ἐγλυήθη
 τέλειος, λαμβάνει Μη-
 πιν ἢ Ωκεανοῦ σπύεργον· ἣ
 δίδωσι Κρόνῳ καταπιεῖν φάρ-
 μακον· ἐφ' οὗ ἐκείνος ἀναγ-
 καθεῖς, ποσῶτον μὲν ἔξεμαί-
 ῃ λίδον, ἐπιπτα τοὺς παῖ-
 δας, οὓς κατέπει. μεθ' ὧν
 Ζεὺς ἢ πρὸς Κρόνον, καὶ
 Τιταῖας ἐσήμεγε· πόλεμον.
 μαχομένων δὲ αὐτῶν ἐνιαυ-
 τοὺς δέκα, ἡ Γῆ πρὸ Διὶ
 ἔχρησε ἢ νίκῃ, τοὺς κα-
 ταπάρια φθέντας αὐτῇ συμ-
 μάχοις. ὁ δὲ, πῶς φευ-
 ρούσαν αὐτῶν τὰ δεισμὰ
 Κάμπῳ ἀποκρίνας, ἔλυ-
 σε. καὶ Κύκλωπες τότε
 Διὶ μὲν δίδωσι βρογχίῳ, καὶ
 κεραιόν. Πλούτωνι δὲ κυ-
 νέῳ, Ποσειδῶνι δὲ πρίαι-
 ναν. Οἱ δὲ, τούτοις ὅπλι-
 σθέντες κρατῶσι Τιταίων. καὶ
 κατέρξαντες αὐτοὺς ἐν πρὸ
 Ταρτάρῳ, τοὺς ἑκατόγ-
 χιρας κατίστησαν φύλακας.
 αὐτοὶ δὲ διακληροῦνται
 πρὸς τῆς ἀρχῆς. καὶ λαγ-
 χάνει Ζεὺς μὲν, πῶς ἐν
 οὐρανῷ δαμασείαν Ποσει-
 δῶν δὲ, πῶς ἐν θαλάσῃ.

MOx ubi Jupiter justæ
 atque integræ fuit æ-
 tatis, Metin Oceani filiam
 sociam capit : quæ Saturno
 pharmacum bibendum pro-
 pinat : cujus ille vi coactus,
 lapidem prius, deinde, quos
 antea filios devorarat, evo-
 mit : quorum adjumento Ju-
 piter adversus patrem Sa-
 turnum ac Titanas bellum
 gessit. Verùm decimo post
 hujusce inter eos belli anno,
 Tellus victoriam Jovi, si in
 Tartarum dejectos sibi in
 societatem adscisceret, vati-
 cinata est. Tum is, Campe
 custode interfecta, eos è vin-
 culis liberavit. Tum etiam
 Cyclopes Jovem tonitru,
 fulgetraque & fulmine: Plu-
 tonem autem galea, & Ne-
 ptunum tridente condona-
 runt. His illi telis armati Ti-
 tanas subigunt, & coniectos
 in vincula, atque in Tarta-
 rum detrusos, Centimanis
 custodiendos dederunt. Quo
 facto, iidem rerum impe-
 rium sorte inter se partiu-
 tur : ac Jovi quidem cœli
 regnum, Neptuno maris,

Plutoni autem Inferorum loca obtigerunt.

§. 2. Cæterum Titanibus procreantur Oceano quidem & Tethye Oceanidum tria millia, Asia, Styx, Electra, Doris, Eurynome, Amphitrite, Metis. Cæo autem ex Phœbe, Asteria, & Latona: ex Hyperione ac Thia, Aurora, Sol, Luna. Crius ad hæc & Eurybœa Ponti filia genuerunt Astræum, Pallantem, Persen.

§. 3. Iapeto autem ex Asia Oceani filia nascitur Atlas, qui suis humeris cælum sustinet; Prometheus item, & Epimetheus, ac Menæcius, quem in Titanico bello fulminatum Jupiter in Tartarum detruxit.

§. 4. Sed è Saturno ac Philyra natus est Chiron geminus Centaurus: ex Aurora verò & Astræo nati sunt Venti & Astra; Perses ex Asterio Hecaten genuit. Pallanti & Stygi Oceani filij procreati sunt Nice, Cratos, Zelus, Bia.

§. 5. Jupiter Stygis aquam de scopulo per Inferorum loca fluentem, jurisjurandi

Πλούτων δὲ ; πῶς ἐν αἴθρῃ.

§. β. Εὐμένοντο δὲ Τιτάνων ἕκγονοι, Ωκεανοῦ μὲν καὶ Τηθύος, Περσίδαι Ωκεανίδες, Ἀσία, Στύξ, Ἠλέκτρα, Δῶρις, Εὐρύνομη, Ἀμφιτρίτη, Μῆτις· Κοίη δὲ καὶ Φοίβης, Ἀσπεία, καὶ Λητώ. Ὑπερίωνος δὲ καὶ Θείας, Ἡώς, Ἡλίου, Σελήνης· Κεῖος δὲ καὶ Εὐρυβοίας οὗ Πόντου, Ἀστᾶος, Πάλλας, Πέρσης.

§ γ. Ἰαπετῶ δὲ καὶ Ἀσίας τῷ Ωκεανοῦ, Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸ οὐρανόν· καὶ Προμηθεύς, καὶ Ἐπιμηθεύς, καὶ Μενόιππος, ὃν κεραιώσας ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ Ζεὺς, κατεπαρτάρασεν.

§ δ. Εὐμείνο δὲ τῷ Κεῖνῳ καὶ Φιλύρῃ, Χείρων διφυῆς Κένταυρος. Ἡὸς δὲ καὶ Ἀστᾶς, αἵεμοι καὶ ἄστρα. Πέρσου δὲ καὶ Ἀσπείας, Ἑκάτη. Πάλλαντος δὲ καὶ Στυγὸς οὗ Ὁκεανοῦ, Νίκη, Κράτος, Ζῆλος, Βία.

§ ε. Τὸ δὲ τῷ Στυγὸς ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐν αἴθρῃ ῥέον, Ζεὺς ἐποίησεν ὄρκον, πάντων αὐτῇ

πυλὴ δίδυς, αἵ δ' ὦν αὐτῶν
χρὶ Τιτανῶν μὲν ἦν παίδων
σωσεμᾶχοι.

§. 5. Πόντε δὲ καὶ Γῆς,
Φόρχῳ, Θαύμας, Νηρεὺς,
Εὐρύβοια, Κητώ. Θαύμαν-
τῷ μὲν οὖν καὶ Ηλέκτρας
ἦν Ὀκεανὸς, Γῆς, καὶ
Ἀρπυιαί, Αἰλλῶ, Ωκυπέ-
τη. Φόρχος δὲ καὶ Κηῖς Φορ-
κυάδες Γοργόνες. αὗται δ' ὦν
ἔρῃμβι, ὅταν τὰ κατὰ Περ-
σία λέξομεν.

§. 7. Νηρεὺς δὲ, καὶ Δω-
ρίδος ἦν Ὀκεανὸς, Νη-
ρείδες δ' ὦν τὰ ὀνόματα,
Κυμοδόη, Σπειὼ, Γλαυ-
κοδόη, Ναυσίθοη, Ἀλίνη,
Ερατώ, Σαώ, Ἀμφιτείτη,
Εὐνίκη, Θέτις, Εὐλιμένη,
Ἀγαυή, Εὐδώρα, Δότω,
Φέρουσα, Γαλαΐαία, Ἀκταίη,
Προτομέδουσα, Ἴπποδόη,
Λυσισάσσα, Κυμὼ, Πίονη,
Ἀλιμίδα, Πλησαύρη, Εὐ-
κράτη, Πρωτώ, Καλυψώ,
Πανόπη, Κραντώ, Νεόμειρις,
Ἴππονόη, Δηϊάνειρα, Πο-
λυόη, Αὐτονόη, Μελίη,
Διώνη, Ἰσάη, Δηρῶ, Εὐα-
γόρη, Ψαμάδη, Εὐμόλπη,
Ἴόνη, Δυναμένη, Κητώ,
Λιμνώρεια.

religione decoravit : quòd
ipsi contra Titanas unà cum
filiis opem tulisset.

§. 6. Ponti verò & Terræ
hi sunt filij, Phorcus, Thau-
mas, Nereus, Euryboea;
Ceto. Ex Thaumante autem
& Electra Oceani filiis, natæ
sunt Iris, Harpyiæ; Aëlle &
Ocypete. Phorco ex Cetone
gignuntur Phorcyades Gor-
gones : de quibus dicendum
erit, ubi de Persei rebus age-
mus.

§. 7. Nerei & Doridis,
quos Oceanus genuit, Ne-
reides filia fuerunt, quæ his-
ce nominibus appellantur,
Cymothoë, Speio, Glauco-
thoë, Naufithoë, Halia,
Erato, Sao, Amphitrite,
Eunice, Theris, Eulimene,
Agave, Eudora, Doto, Phe-
rusa, Galatea, Actæa, Pro-
tomedusa, Hippothoë, Ly-
sianassa, Cymo, Pione, Ha-
limede, Plesauze, Eucrate,
Proto, Calypso, Panope,
Cranto, Neomeris, Hippo-
noë, Dejanira, Polynoë, Au-
tonoë, Melie, Dione, Isæa,
Dero, Evagore, Psamathe,
Eumolpe, Ione, Dynamene,
Ceto, Limnorea.

CAP. III.

ΚΕΦ. Γ.

Jupiter autem Junonem sibi connubio junxit, ex eaque Heben, Ilithyan, & Argen procreavit : Ad hæc multis cum mortalibus tum immortalibus feminis rem habuit. Ex Themide igitur Cæli filia, Horas procreavit, Irenen, Eunomiam, Dicen : Parcas Clotho, Lachefin, Atropon. Ex Dione Venerem : ex Eurynome Oceani filia Grantias, Aglaïam, Euphrosynen, & Thaliā : de Styge Proserpinam : è Mnemosyne, Musas, quarum prima fuit Calliope, deinde Clio, Melpomene, Euterpe, Erato, Terpsichore, Urania, Thalia, & Polymnia.

§. 2. Atqui Calliopes & Oeagri, Linus, qui & patrem habuisse Apollinem dicitur, filius fuit, quem Hercules interemit : & Orpheus, qui citharædicam exercuit : qui & canens lapides arboresq; movebat. Hic post Eurýdicen conjugem serpentis morsu è medio sublatam, ad Inferos, revocaturus ipsam

Zεὺς δὲ ἁματὶ μὲν Ἥραν, καὶ περὶ Ἥρας, Εἰλειθυῖαν, Ἀργῆν. μίγνυνται δὲ πᾶσαι, Σηταις τε καὶ ἀθανάτοις γυναιξίν. ἐκ μὲν οὖν Θέμιδος τὸ Οὐρανὸν, Ἥνᾳ θυγατέρας Ὄρας, Εἰρήνην, Εὐνομίαν, Δίκην. Μοίρας, Κλωθὴν, Λάχην, Ἀτροπον. ἐκ Διώνης γὰρ, Ἀφροδίτην. ἐξ Εὐρυνόμης δὲ τὸ Ὠκεανὸς Χάριτας, Ἀγλαΐην, Εὐφροσύνην, Θάλειαν. ἐκ δὲ Στυγὸς, Περσεφόνην. ἐκ δὲ Μνημοσύνης, Μῦσας, πρῶτην μὲν Καλλιόπην, εἰτα Κλειώ, Μελπομένην, Εὐτέρπην, Ερᾶν, Τερψιχόρην, Οὐρανίαν, Θάλειαν, Πολυμνίαν.

§. β. Καλλιόπης μὲν οὖν καὶ Οἰάχου, κατ' ὀπίκλησιν δὲ Ἀπόλλωνος, Λῆνός, ὃν Ἡρακλῆς ἀπέκλεινε· καὶ Ὀρφῆος, ὁ ἀσκήσας κιθαροδία· ὃς ἄδων ἐκίνει λίθοις τε καὶ δένδρα· ἀποθανύσης δὲ Εὐρύδικης τὸ γυναικὸς αὐτῇ δηχθείσης ὑπὸ ὄφeos, καὶ θῆλαιν εἰς ἄδην,

δείλων ἀγαγεῖν αὐτῶν· καὶ
Πλέτωνα ἐπεισεν ἀναπη-
ψαι· ὁ δὲ ὑπέσχετο τῷτο
ποιήσεν, αὐτὸν μὲν περὶ ὁ-
μοῦ· Ορφέος ὁπισταφῆναι
περὶ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ
περὶ γυμνασίου· ὁ δὲ, ἀπ-
σῶν, ὁπισταφῆναι ἐδείκνυτο
τὴν γυναικα· ἡ δὲ, πάλιν
ἐπείσθη· εὖρε δὲ Ορφέος
καὶ τὰ Διονύσου μυθήματα, καὶ
τίταται περὶ τὴν Πιερίαν,
διασπαρτὰς ὑπὸ τῶν Μαινάδων.

Μαινάδibus, ad Pieriam sepultus fuisse proditur.

§. γ. Κλειὸν τῇ Πιέρῃ τῷ
Μάγνητι ἡρώδι κατὰ μῦ-
θον Ἀφροδίτης· ὠνείδιτι τῷ
αὐτῇ τὸν Ἄδωνιδος ἔρωτα.
σωθείσῃ τῇ ἐχθρόνησιν ἐξ
αὐτῆς παῖδα Ἰάκινθον· οὗ Ὁά-
μυρις, ὁ Φιλαμμωνος καὶ Ἀρ-
μόπιος νύμφης, ἔχον ἔρωτα,
πορῶτος ἀφ' ἑαυτοῦ ἐρᾷν ἀρ-
ρένων. ἀλλ' Ἰάκινθον μὲν ὕ-
στερον Ἀπόλλωνος ἐρῶμενον ὄν-
τα, δίσκῳ βαλὼν, ἄκων ἀπὸ κ-
τενε· Ὁάμυρις δὲ, κάλλι δι-
νεγκὼν καὶ λιθαροδία, περὶ μου-
σικῆς ἤεισε Μύσας, σωθεί-
μεν, αὐτὸν μὲν κρήνων ἐυρεθῆναι,
πορῶτος ἀφ' ἑαυτοῦ ἐρᾷν ἀρ-
ρένων· οὗ Ὁάμυρις δὲ, κάλλι δι-
νεγκὼν καὶ λιθαροδία, περὶ μου-
σικῆς ἤεισε Μύσας, σωθεί-
μεν, αὐτὸν μὲν κρήνων ἐυρεθῆναι,

descendit : ab eoq; persuasus
Pluto ei reducendæ uxoris
potestatem facit, ea lege, ut
inter redeundum Orpheus
conjugis conspiciendæ gratiâ
antea nunquam respiceret,
quàm cùm jam domum per-
venisset suam. Ille autem
haudquaquam fidens, con-
versus Eurydicen uxorem in-
sequentem spectavit : quæ
tum ad Inferos remeavit. Post
hæc Orpheus Dionysij my-
steriis inventis, discerptus à
Μαινάδibus, ad Pieriam sepultus fuisse proditur.

§ 3. Clio Pierum Magne-
tis filium, Veneris ira, quod
ei Adonidis amorem expo-
brasset, deperivit, cujus com-
pressu Hyacinthum filium
concepit. Hujus amore Tha-
myris, Philammonis & Ar-
giopes Nymphæ filius, in-
flammatu fuit; ac masculâ
Venere primus usus dicitur.
Sed Hyacinthum amasium
disco percussu Apollo in-
vitus occidit. Thamyris cùm
forma corporis præstans,
tum fidibus clarus, de cantu
Musas provocavit, omnium-
que concubitu victor, vi-
ctus autem, illarum arbitrata
se multatum iri paciscitur.

Musæ

Musæ itaque superatum
Thamyrin, oculorum luce
& citharædica privant.

§. 4. Cæterum Rhesus fuit
Euterpes ac Strymonis am-
nis filius, quem in bello Tro-
jano Diomedes obtruncavit.
Nec desunt, qui hunc Callio-
pe natum scribant. Cory-
bantes ex Apolline, & Tha-
lia geniti sunt. At Melpome-
ne & Acheloo, Sirenes; de
quibus, ubi de Ulyssæ agetur,
dicemus.

§. 5. Juno citrà cujusquam
concubitum peperit Volca-
num. Sed Homeri testimo-
nio, & hunc Jove natum esse
confirmatur: Quem Jupiter
matri in vincula conjecitæ
opem ferentem de cælo præ-
cipitem dedit. Nam conju-
gem, quòd Herculi ad Ilium
devastandum naviganti tem-
pestatem intulisset, ex Olym-
po suspenderat. Vulcanum
verò in Lemno insula deje-
ctum, & eo casu claudum
factum, Thetis servavit in-
columem.

§ 6. Jupiter ad hæc The-
tidi, varias alternanti formas
quo illius vitaret amplexus,
immiscetur. Quam, cum

καθυπέρπτεται ἢ αἱ Μῦσαι γ-
νόμῃται, καὶ τὸ μῦσάτων αὐτὸν
καὶ τὴν κίθαριν ἀφαιρῶσιν.

§. 4. Εὐτέρπης ἢ καὶ πρ-
ταμῶ Στρυμόντος Πῆσος.
ὃν ἐν Τροίᾳ Διομήδης ἀ-
πικτηνεν. ὡς ἢ ἔνιοι λέ-
γουσιν, ὅτι Καλλιόπης ὑπῆρ-
χεν. Θαλίας ἢ καὶ Ἀπόλ-
λωνος ἐγένοντο Κορύβαν-
τες. Μελπομένης ἢ καὶ Ἀχ-
αίου, Σειρήνες. καὶ ὅτι ἐν
τοῖς καὶ Οὐδυσσεύς ἐρεῖ-
ται.

§. 5. Ἡστὶς ἢ, καὶ εἰς ἐν-
ταῦτα ἐγένοντο Ἡφαιστον. ὡς
ἢ Ομηρὸς λέγει, καὶ ταῦτα
ἐν Διὸς ἐγγύησι. εἰρήνη ἢ
αὐτῷ ἐξ οὐρανοῦ Ζῆς,
Ἡρὰ δὲ Διὶ σὴν βοῶντο.
ταῦτῃ γὰρ ἐξέκρεμαστο Ζῆς
ἐξ Ολύμπου, χειμῶνα ἐπι-
τίμῃσαν Ἡρακλῆϊ, ὅτι
Τροίαν ἐλὼν ἔπει. πάν-
τα δ' Ἡφαιστον ἐν Λήμνῳ,
καὶ πρῶτόντα τὰς βάσεις,
διέσωσε θεός.

§. 6. Μίγνυται δὲ Ζεὺς
Θέπιδι, μεταβαλλοῦσθαι εἰς
πολλὰ ἰδέας, καὶ οὕτως μὴ
συνελθεῖν. καὶ αὐτῷ γῆνο-

B

μίνλιν ἔγκυνον, κατὰ πίνει
 φιδάσας· ἐπεὶ περ ἔλεγε γυνή-
 σιν παῖδα, μετὰ δ' ἔμειλυσαν
 ἐξ αὐτῆς γινέσθαι κόριν, ὃς
 ἔρανος δαΐσας γηήσεται
 ἥτο φοβηθεὶς, κατέπειν αὐ-
 τήν. αἶς δ' ὅτ' ἡμίσσας ἐνέσκη
 χεῖν, πηξάσθαι αὐτὴν δ'
 κεφαλῇ πλέκει Περμη-
 δῶς, ἥ, καδὰ φ' ἄλλοι λέ-
 γουσιν, ἡ φάινται, ἐκ κορυφῆς
 ὅπῃ ποταμὸς Τείπωνται, Ἀθη-
 ναίᾳ σὺν ἄλλοις ἀνέδοξε.

Κ Ε Φ. Δ.

Τὼν δὲ Κοίῃ θυγατέ-
 ρον Ἀστεία μ', ὁμοιω-
 θεῖσα ὄρνυμ, ἐαυτὴν εἰς δα-
 λασσας ἔρριψε, φεύγουσα
 πλὴν τοῦ Δία σιωπούσαν,
 καὶ πόλιν ἀπ' ἐκείνης Ἀστε-
 εία πρῶτον κληθεῖσα, ὕστε-
 ρον δὲ Δῆλον. Λιπὴν δὲ,
 σκελεθῆσα Διὶ καὶ πλὴν γλῶ-
 σσαςαν ὑφ' Ἡρας ἡλαυνε-
 τε, μέγας εἰς Δῆλον ἐλ-
 θεῖσα, γυνὰ πρῶτον Ἀρτε-
 μιν· ὑφ' ἧς μαιωθεῖσα, ὕστε-
 ρον Ἀπόλλωνα ἐγέννησεν. Ἀρ-
 τεμιν μ' οὐκ, τὰ φ' Ἡραν
 ἀσκήσασα, παρδένος ἐμει-
 νεν· Ἀπόλλων δὲ, πλὴν μαν-
 τικῇ μαθὼν παρὰ τῷ Πανδῷ

gravidam esse persensisset,
 absorbere occupat, quoniam
 post natam ex ea puellam,
 filium se parituram dicebat,
 qui cœli dominatione potitu-
 rus esset. Id futurum veritus
 eam absorbit. Ubi verò pa-
 riendi tempus advenit, Pro-
 metheus, sive, ut alij tra-
 dunt, Vulcanus, ejus caput
 securi percussit, deque illius
 vertice secus Tritonem am-
 nem armata Pallas exilivit.

C A P. I V.

CÆterum de Cœi filia-
 bus Asteria fugiens Jo-
 vis complexum in coturni-
 cem mutata seipsam demisit
 in mare, quæ ab ea urbs
 Asteria appellata fuit, quæ
 postea Delos nomen acce-
 pit. Siquidem Latonam ab
 Jove compressam per uni-
 versum terrarum orbem Ju-
 no infectata est, donec De-
 lum pervenit, atque ibi Dia-
 nam prius peperit: qua ob-
 stetrice adjuta mater Apol-
 linein deinceps edidit. Enim-
 vero Diana venationis studio
 delectata, virgo permanfit:
 Apollo autem divinandi fa-
 cultatem edoctus à Pane

Jovis & Contumeliæ filio, Delphos, quo tempore Themis illic oracula dabat, se contulit. At cùm templi cultos Pytho serpens ab hiatus aditu prohiberet Apollinem, hoc perempto Deus oraculi locum occupat, neque longo post tempore Tityum quoque Jovis ex Elara Orcho- meni filia natum interemit: quam Jupiter ubi compressit, Junonis metu sub terram occuluit, conceptumque filium Tityum inusitatæ magnitudinis in lucem edidit. Hicigitur in Pythonem contendens, Latonam conspiciatus, ejusque desiderio de- tentus, abripit. Hæc filiorum opem implorat, ij Tityum sagittis conficiunt: qui & mortuus cruciatur. Vultures enim apud Inferos ejus cor depascere nunquam desistunt.

§. 2. Apollo etiam Mar- syan Olympi filium occidit. Hic enim, cùm tibias invenisset, quas Minerva, quod informem vultum efficerent, abjecerat, Apollinem de Musica provocare non dubitavit. Hoc de compacto in

τῷ Διὶ καὶ Τυφίῳ, ἦσαν αἱ Δέλφοι, χρησμοδοῦ- σης τότε Θέμιδος. ὡς δὲ δόρυ ἔχον τὸ μαρτεῖον Πύ- θων ὄφεις, ἐκάλυεν αὐτὸν παρελθὲν ἐπὶ τὸ χάσμα, τῷ τιν ἀέλαν, τὸ μαρτεῖον ὀφθαλμοῖς. κτείνει δὲ μετ' οὐ πολὺ καὶ Τιτυόν· ὅς μιν Διὶς υἱὸς, καὶ τῆς Ορχομένης θυγατρὸς ἑλάρης, μιν Ζεὺς, ἐπειδὴ συνῆλθε, δίδωκεν Ἡραν, ὑπὸ γῆν ἔκρυψε καὶ τὸν κυοφορηδόντα παῖδα Τιτυὸν ὑπερμεγέθη, εἰς φῶς ἀνήγα- γεν. ἔτ' ἐρχόμενος εἰς Πύ- θωνα, Λιπὴν δεινὴν, πό- θον καταχευεῖς ὀπισσάται· ἡ δὲ, τοὺς παῖδας ὀπιθελεῖται, καὶ πεταποξέειν αὐτόν· κο- λάζεται δὲ καὶ μετὰ δά- ναν· γύπες γὰρ αὐτῷ πύ- λινον ἐν ἄλσος ἰδίου- σιν.

§. 3. Ἀπὸ κτείνει δὲ Ἀπόλ- λων καὶ τὸν Ολύμπου παῖδα Μαρσύαν. ἔτ' γὰρ, εὐρών αὐλὴν, ὅς ἔρριπεν Ἀθηνᾶς διὰ τὸ πῶς ὄψιν αὐτῆς ποιῆν ἄμορφον, ἦλθεν εἰς εἶν ὅτι μουσική· Ἀπόλλωνι· σμυδόμενων δὲ αὐτῷ, ἵνα

venisset, folis radiis exca-
latus, pristinam oculorum lu-
cem recuperavit, inde con-
festim adversus Oenopionem
contendit. Sed & Neptuno
quidem Volcani artificio sub-
terraneum domicilium fecit.

§.4. Ad hæc Aurora Orionis
amore capta ipsum rapuit,
ac secum in Delum transtulit:
Nam Venus, quod cum Mar-
te concubuerat, perpetuo il-
lam ardore cruciabat. Nec
desunt qui scribant, Orio-
nem, quod Dianam, ut se-
cum disco luderet, invirasset,
occisum fuisse. Sed aliis pro-
ditur inferentem vim Opi
uni è virginibus, quæ ab Hy-
perboreis venerant, à Diana
sagittis confixum fuisse.

§.5. Neptunus autem Am-
phitriten Oceani filiam sibi
conjugio copulavit: ex qua
Triton ac Rhode, quæ Soli
nupsit, orti sunt.

CAP. V.

Pluto Proserpinæ amo-
re succensus incredibili,
eam Jovis adjumento furtim
rapuit. At Ceres, accensis fa-
cibus, noctes, atque dies
universum terrarum orbem

ἠδραγομένη· ὡς ἐλπίσιν
ἐκχεύειν ὑπὸ τῇ ἡλιακῇ ἀκ-
τῇ, καὶ διὰ ταχέων ἐπὶ
τῷ Οἰνοπίωνι ἑαυτοῦ δειν. ἀλ-
λὰ τῇ μὲν Ποσειδῶνι, Ἡρα-
κλῆϊ τε καὶ γυνὴν ἑταίρην
ἔσπευσεν οἶκον.

§. 4. Ωρίωνος δ' Ἡὸς
ἠδραγομένη ἦρπασεν, καὶ ἐνό-
μισεν εἰς Δῆλον. ἐπὶ οὖν γὰρ
αὐτὴν Ἀφροδίτη συνελθὼς ἠ-
γάσθη, ὅτι Ἀρεΐ συνδύνασθην.
ὁ δὲ Ωρίων, ὅς μ' ἔντοιο
λέγουσιν, ἀνῆρδην, δισκάδων
Ἀρκίαν περιχάλεμος· ὅς
δὲ πνεύς, βία ζόμβρος ὤπιν,
μία μὲν ἔξ Τριβορέων
παραγομένην παρδίνων,
ὑπὸ Ἀστύμητι ἐπ' ἐξού-
δην.

§. 5. Ποσειδῶν δὲ Ἀμ-
φιτείτῳ τῷ Ωκεανοῦ γα-
μῶν καὶ αὐτῇ γένεται Τεί-
των καὶ Ρόδῳ, ὧν Ἡΐλιος
ἕχνημι.

Κ Ε Φ. Ε.

Πλάτωνος, Περσεφόνης
ἠδραγίς, Διδὸς συνερ-
γῶντος, ἦρπασεν αὐτὴν κρύ-
φα. Δήμητρα δὲ, μὲν λαμ-
πρῶν νυκτὸς τε καὶ ἡμέ-
ρας, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν

B iij

